CASSII FELICIS

DE MEDICINA

EX GRAECIS LOGICAE SECTAE AUCTORIBUS

LIBER TRANSLATUS

SUB ARTABURE ET CALEPIO CONSULIBUS

(ANNO 447)

NUNC PRIMUM EDITUS

A

VALENTINO ROSE.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXIX.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

Medicorum Latinorum qui supersunt aetate novissimus ultimusque idem qui typis impressus oblivioni fatisque eripitur, nunc primum prodit Cassius Felix, cuius Medicinae „ex graecis logicae sectae auctoribus“ (et praecipue Galeno — vid. ind. font.) conscriptum vel „translatum“ breviloquium editum fuit, sicut codicis Parisiensis testatur inscriptio, „sub ardebre et asclepio consulibus“ i. e. Calepio et Artabure (Mommsen, Zeitzer Ostertafel v. J. 447 Berl. Akad. 1863 p. 551) anno 447. auctor Latinus est („nos vero latino sermone“ c. 25 etc. cf. ind. gr.), non Graecus, neque ulli eorum qui idem nomen gerunt (de Cassiis medicis v. Fabric. Bibl. Gr. III, 322 Harl.) putandus idem, patria quidem incertus, scilicet si recenti codicis Parisiensis scriptori fides „Artensis“ (Astensis? Cirtensis? nam pro Ambracia antiqua quando ab Arattho vel Arachtho fluvio appellata sit Arta — cf. Leake Trav. in N. Gr. I, 208 — non constat), sed aetate suppar Theodoro Prisciano „Vindiciani*) Afri“ discipulo, cuius uti Graeci aequalis Philagrii (Epirotae, cf. E. Rhode Rhein. Mus. N. F. 32, 336) paulo maioris auctoritatem infert, fortasse „Afer“ et ipse, utpote qui citet herbam putidam „quam Punice aturbis dicunt“ (c. 20, cf. ind. lat. s. cortizones, gelela), simillimus dicendi genere Caelio Aureliano eiusdem saeculi quinti medico Siccensi.

Utitur quidem Cassius, ex Galeni libris, celeberrimis praecipue illis „ad Glauconem“, sed ut indicat praefatiuncula etiam falsi Galeni novisse videtur Euporiston librum, qui quum genuinum Galeni opus (quod citat ipse Galenus X, 955) desideraretur iam ab Oribasio in ipsius Euporiston praefatione (Orib. V, 559 Dar.), sub Galeni nomine editus fuit Oribasii causa post Oribasium (et mortis Iuliani

*) de quo cf. Anecd. II, 177. Hermes VIII, 42.

annum 363) c. a. 400: hunc enim — primum scilicet ex tribus quos coniungunt editiones nostrae olim in codicibus manu scriptis separatos*) atque inter se diversissimos — ante oculos habuit transtulitque in sua („medicinae praesentaneae“) iam Theodorus Priscianus (ut unum exemplum afferam, legas de parotidibus I, 8 ed. Argent. cum Gal. eup. XIV, 334—36), proprio deinde titulo appellavit auctor anonymus (s. VI vel VII) qui ficto nomine (Anecd. II, 168) dicitur sive „Scolapius“ sive „Galienus“ (c. 21 de stomachi causis „potio magna et probata a galieno in euporiston libro suo“ i. e. Gal. eup. XIV, 370, ubi auctoris nomen quod praebent codices mei omnes (s. IX—XI) omittitur in editione Argent. 1533 p. XXX v. 9).

Cassium noverat Isidorus (cf. 4, 8, 4 = Cass. c. 24 de igne sacro), noverunt veterum auctorum compilatores Salernitani (Petroncellus cod. S. Germ. 1146 apud Renzi Coll. Salern. IV, 185 sqq. qui nunc est lat. 14025 s. XIV Delisle p. 125. cf. cod. Par. 11219 s. IX f. 42 sqq. cod. Lond. Harl. 4977 s. XI. Sloan. 2839 s. XII. Arundel. 166 s. IX), sed ipso nomine testem citat (locis quidem circiter ducentis) unus c. a. 1300 Simon Januensis in lexico medico (recentioribus Mathei Silvatici editionibus inserto, de qua re E. Meyer Gesch. d. Bot. IV, 173), qui in praefatione auctores recensens „quorum ad huiusmodi robur sepe revolvi volumina“ sic ait „deinde ex Cassio Felice, qui et ipse a Cornelio (Celso) multum extollitur, qui continet tractatus duos de practica“. post quem, si de Matheo taceas — is enim Simonem reddit —, oblivione conditus iacet in bibliothecis usque ad haec nostra tempora, tribus tantum codicibus manuscriptis quod sciam

*) exemplo utor quod prae manibus est codicis Ambrosiani Q. 94 sup. (s. XV) ubi *Ἔνεστι μὲν τῇδε τῇ βίβλῳ γαληνοῦ θηραπευτικὴ διαφόρων νόσων διὰ τῶν εὐποριστων φαρμάκων πρὸς σόλωνα τὸν ἀρχιητρόν*: — (praecedit epistola inc. *Ἐπιζητήσαντός μου* . . .). ceterum cf. Ackermann in hist. litt. Gal. I p. CLIV ed. Kühn.

conservatus, uno vetere quidem et fido sed imperfecte sine titulo ac nomine scripto (in Germania) ad exemplar quod recto capitulorum foliorumque ordine destitutum erat mutilumque et lacunosum, recentibus duobus integris sed arbitrio scriptoris Itali textum obscurum corrigentis corrupto altero Parisiensi s. XIII, altero Cantabrigiensi s. XV propter insignem litterarum obsoletarum ex vetere quodam bonoque exemplari depictarum inscitiam monstruosissimo. Parisiensem (tunc no. 1125) primus monstravit Philippus Labbeus in Nova bibl. mss. librorum s. Specimine antiq. lect. Par. 1653 p. 49, Cantabrigiensem et ipsum in Italia scriptum (v. Cat. of the mss. of the univ. of Cambridge III p. 82), qui olim fuit Joannis Mori episcopi Norvicensis (no. 53), exhibet Catalogus librorum mstorum Angliae in unum collect. Ox. 1697 t. II p. 363 tunc „pulcherrime descriptum“ nunc madore fere deletum ut vix legas nec nisi reliquorum codicum ope litteras saepe evanescente discernas. utrumque testimonium notavit Fabricius (B. Gr. III, 322), attamen ipsum textum (utpote „translatum“) nemo inspexit, auctorem Felicem confundunt cum Cassio iatrosophista Graeco problematum scriptore plane alieno. cautius „Bibliothecae medicae“ conditor vetustissimus Paschasius Gallus (Bas. 1590 p. 56, unde sua J. G. Schenckius a Gravenberg, Biblia iatrica s. Bibl. med. macta. Frf. 1609 s. v.) „Cassius Felix quidam aliquoties citatur in pandectis medicis Matthęi Sylvatici. manu illius scripta adhuc exstare alicubi coniicitur“.*)

Ego Cassium edere constitui inde ab a. 1856. hoc enim anno postquam iter Parisinum moliens ex Catalogo impresso (bibl. reg. Par. 1744 III, 204) notitiam habui

*) pro Gallo male Gesneri Bibliothecam citavit Le Clerc hist. de la méd. 1729 I, 423 — Gesnerus enim qui in Bibl. inter eos ex quibus hauserit Matth. Sylvaticus Cassii Felicis simpliciter nomen posuit, sic habet in notis ad Cassii problem. Tig. 1562 p. 55 „sed et Cassii Felicis medici Latini nomen alicubi legi, nec memini“.

codicis Parisiensis lat. 6114, ipsum codicem inspexi quem olim viderat Labbeus atque loca quaedam cum initio ex eo excerpta mecum abstuli.*) deinde a. 1865 eundem auctorem licet anonymum et confusum et dimidia fere sui parte truncatum extare vidi in codice S. Galli 105 atque ex hoc exemplari tamquam ex certo quodam fundamento edi posse intellexi. hunc iterum in Helvetia commoratus descripsi a. 1869 (12—18. Aug.), descripsi etiam Parisiensem ad me transmissum Berolinum a. 1870, denique ad utrumque contuli Cantabrigiensem (de quo uno verba fecit Daremberg in ed. Oribasii t. I p. XL) quem et ipsum per tres fere menses penes me habui Berolini a. 1873. ex tribus his codicibus quos solos novi veterem hunc medicinae auctorem restitui a 1875/76, relegi a. 1878. quem nunc edo, labore quidem privatis vitae curis sollicitudinibusque saepe interrupto atque in Felice ut fateor satis infelici.

Berolini 30. Oct. 1878.

Valentinus Rose.

---

*) propterea Cassii mentionem feci ut iam in Aristotele Pseudepigrapho p. 388 sic et in Anecdotis II, 115. 167, unde qui primus Cassium historiae litterarum Latinarum restituit, notitiam habuit S. Teuffel (Gesch. der Röm. Litt. 3. A. Lpz. 1875 p. 1088 sq.) cum Cassio illo cuius apud Celsum mentio fit hunc nostrum male confundens (utpote „translatum"), eodem errore quo iam lapsum vidimus Simonem Januensem.

CASSIUS FELIX.

Codicum signis utor his:

g = *cod. S. Galli 105* membr. saec. XI, qui habet folia 21 (et scriptore Germano et correctore, cf. c. 38 wormo, spat etc.) compacta cum praecedente Sulpicii Severi codice s. IX. lacunae sunt septem, quarum septima alterius libri partis c. 43—82. inscriptio nulla neque subscriptio, nisi quod sub ultima linea folii ultimi quae adscripta fuerunt (nullius ut credo momenti) nunc erasa sunt.

c = *cod. Cantabrig. Gg. III. 32* chart. saec. XV (de quo vid. Catalogum codd. Cantabr. supra cit.), ubi f. 94ᵃ „Explicit casius felix". ad initium, ubi index capp. 81 (in textu 82), inscriptio nulla.

p = *cod. Paris. lat. 6114* sc. altera pars membr. s. XIII, quae cum alio quodam codice praeced. compacta est argumenti historici s. XI—XII (quo continetur „Breviarium Rufi Festi", de quo v. ed. W. Foerster Vind. 1874, et „Liber de ordine temporum" i. e. Annales Hildesheimenses quos a. 1641 ex hoc codice edidit Du Chesne t. III. p. 504—539. cf. Pertz Script. III p. 19 sq. et nunc Waitz in praef. novae ed. min. Hann. 1878) in hac altera parte medicinali f. 70—90 manu Italica litterisque minutis in binis columnis scripta habetur:

Cassii felicis artensis medicine loice secte de greco in latinum liber translatus. sub ardebre et asclepio consulibus. Incipiunt capitula huius libri. I. II. III.

sequuntur quae infra leguntur capitula 80 (revera 82) cum ultimo (f. 85ᵃ) c. 81 „De unguentis", id est adnexo Antidotario ex variis libris consuto, quale habuit etiam codex Simonis. desinit f. 90ᵇ „Expleto libro referamus gratias christo". deinde sequuntur manu alia scripta variisque aliarum manuum additamentis interpolata Medica excerpta varia f. 90—100 (ubi in fine „Curia de golagmano promisit . . X. ß. amadio usque ad festum sancti don . . | fid'iussit gl'a filı⁹ bona glõæ d' galegnano". Galignano prope Anconam?).

Incipiunt capitula huius libri
(sec. codd. pc).

Ordo capitulorum XXXI codicis S. Galli hic est:

1 =	*cp* 1 *(exc. fin.)*	16 =	*cp* 36
2 =	40	17 =	37
3 =	39	18 =	38
4 =	18	19 =	41
5 =	2	20 =	42
6 =	3	21 =	19
7 =	4	22 =	20
8 =	5 *(exc. fin.)*	23 =	21
9 =	10 *(praecedit finis c. 9)*	24 =	22
		25 =	23
10 =	11	26 =	24
11 =	12	27 =	25
12 =	13	28 =	26
13 =	34	29 =	27
14 =	33	30 =	28
15 =	35	31 =	29

desunt igitur I) *c.* 1 *fin.*
II) 5 *fin.* — 9 (*exc. fin.* *c.* 9)
III) 14 — 17
IV) 28 *fin.* — 29 *in.*
V) 29 *fin.* — 32
VI) *particula c. 42.*
VII) 43 — 82.

} *quae ex recentibus (cp) solis supplenda fuerunt.*

Cum diuturno tempore sedulus mecum volvendo, carissime fili, de medicina tractassem, omnipotentis dei nutu monito placuit mihi ut ex graecis logicae sectae auctoribus omnium causarum dogmata in breviloquio latino sermone conscriberem. quae cum perlegeris et usus fueris, ad curam omnium corporum humanorum cuncta experta reperies. unde admoneo, fili dulcissime, ne quid forte huic scripturae addendum vel minuendum existimes. et ideo a principio passionis capitis inchoantes scripsimus, quoniam summa civitas corporis a veteribus dicitur caput, et honorabile et necessarium sensus hominis domicilium.

2 kme *p*. 3 nutu *gp*: tuitu *c*. monito: monitus *g*, ammonitus *pc* (*Petr.*). 4 dogma *g*, domata (*i. e.* dogmata *ut habet Petr.*) *p* (*sed* p^c domata *vel* dotnata = doctrinata), documenta *c*. brevi loquio *g* (breviloquium *Petr. p. 190 R.*): brevi eloquio *pc (et Petr. codd. hs)*. 6 o. humanorum corporum *p* (ad c. omnium corporis humani *vel* corporum humanorum *Petr. hs*). 7 Un̄ (Unde *Petr.*) amoneo *p* (un̄ āmoneo *c*), Unum admoneo *g*. 8 vel: aut *c*. 9 a: in *c*. passionis *gp*: —nes *c*. 10 *haec ex Ps. Galeno (praef. in Euporista t. XIV p. 313 Lips.): . . . ἀπὸ κεφαλῆς ἀρξάμενοι· αὕτη γὰρ καθάπερ τις ἀκρόπολίς ἐστι τοῦ σώματος καὶ τῶν τιμιωτάτων καὶ ἀναγκαιοτάτων ἀνθρώποις αἰσθήσεων οἰκητήριον (Plato Tim. p. 45—46). cf. Veget. mulomed. III (II), 1, 1 p. 89 Schn. Cael. Aurel. resp. med. II, 56 p. 219. ox. I, 56. chr. I, 60. ceterum in inferiore margine codicis Paris. ipsius scriptoris manu haec adnotantur*: Alexander d. c. V. iter̄ cap̄ summam civitatem corporis dici cap̄ honorabile domicilium sensus hominis esse. 11 sensuum *c*.

I. Ad tardum sive inveteratum capitis dolorem quem Graeci cephalaeam appellant, et ad eius medietatis quem emicranion vocant, et ad vertiginosos quos ilingiontas appellant, et ad tenebrosos quos scotomaticos dicunt.

Universa haec in capite efficiuntur. et est cephalaea ex omni parte capitis inveterata passio, quas Graeci chronias diathesis vocant, vel totius membranae quae ossa capitis desuper circumvestit superposita ossibus subposita cuti, et appellatur a Graecis pericranios, aut ipsius membranae partis, quam consuete emicranion dicunt. si vero cum consensu radicum oculorum bulborum ipsorum fuerit dolor, manifestim in cerebro fieri ostenditur.

contingit frequentius ex perfrictione aut contrario adustione aut vinolentia aut percussu aut ventositate causatio nervositatis membranae pericraniou supra dictae. solet etiam et austrinus aer iniurias capitis nutrire, cum

1 Ad *om. p, qui nominativos posuit sic*: Tardus . . inveteratus . . dolor . . . et eius m. pars (pas) . . et vertiginosi . . et tenebrosi. *in rubrica* Ad cephaleam *pc,* De cephalea *g.* 3 medietatis partem (pars *p*) quam *gpc* (*ubi* medietatis = mediae partis, *unde quod omisi* partem). emictanion *c,* emigranion *gp. cf. Cael. Aur. p. 269* (de emigraneo dolore *Alex. I, 45*). 4 ilicnuntas *g,* ⟨ili *add. al. m.*⟩ | giuntas *p,* illignntas *c.* 5 dixerunt *c.* 6 cephalea (*ut supra*) *gpc.* 7 quas: quam *gpc.* cronias diathesī *p.* 8 totius *om. p.* 9 circumvestit *c et* (circum *inter lin. add.*) *g*[c] (*Sim.*): vestit *gp.* superposita vestibus. ossibus subp. cuti *(sic) c.* superposita *(iterum)* cuti *p.* 10 appellatur: dicitur *c.* perigranion *gc* (pericranion *p,* ὁ περικράνιος ὑμήν *Gal.*) 11 partis *p*: pars *gc.* quam (*sc.* passionem) *gp*: quod *c.* consuete: consueto nomine *C. A. p. 269 (cf. de hemicr. Gal. 12, 593).* emigranion *gp,* emicranion *c.* 12 cum sensu *c.* aut (ā) bulborum *p. ad rem cf. Gal. 12, 563.* 13 manifestius *p,* —tus *c.* 14 Contingit autem (ā) fr. *p.* perfrictione (*cum correctoris g*[c] *gl. interl.* frigore) *gc*: perfricatione *(vitio apud recentiores solemni) p.* contraria *c.* 15 percussu *gc:* percussura *p.* ventositatis causatione. nervositatis *gpc.* 16 perigranion *g* (—cranion *p,* —ctanion *c*).

:ere deducendus erit ex decoctione coloquintidis et i centauria addito modico melle et oleo anetino. dan- etiam ieiunis tribus diebus inter diem antidotum eni quod picra appellatur. et si adiutoria localia, : topica appellant, oportuerit adhibere, turgentes ma- is venarum media in fronte incides, aut certe si me apparuerint, sanguisugis totam operies frontem :ucurbitam occipitio conglutinabis addita | scilicet scari- *p. 168*
ne. et si forte ex plena habitudine totius corporis it impleri senseris, quod quidem ex frequenti tinnitu ım aut vertigine aut ante oculos subiecta tenebratione is agnoscitur, Galeni cathartico dia tes aloes appellato ores per ventrem erogabis, si tamen senilis aetas

1 dicta membra *gc,* dicta membrana *p.* aquoso et fri- flegmate *pc*: aquosum et frigidum (flegma *inter lin.* g^c). ocrates *gpc.* 3 aforismis *g,* āforismis *p (Hipp.* III, 720 .). austrini *p.* auditui *c*: iuditui (*sic*) *g*, auditu⟨i *corr. rec.*⟩ *p.* 4 capitis *(sic) gpc.* 5 egrum *c.* 6 tomare *g*, flebothomari (—e p^c *et c) p.* si . . . fuerit si non etate iuventutis (et sec. nat. *etc.*) *c.* 7 plenus *p.* ›ton *gpc. cf. Gal. 12, 505.* et si venter *g*: fuerit in- ıs (abst.) *p.* 9 ex *pc*: et *g.* coloqui(a *ante corr.*) › *g* (—d' *pc*). 11 ieiunis *in marg. suppl.* g^c. 12 gal-

minime impedierit. quod catharticum conficies sic: aloes ʒ II, dacrydii ʒ II, coloquintidis interioris carnis ʒ I, absinthii pontici ʒ I. cum coliculi suco colliges et catapotia in modum ciceris informabis. ex quibus ad vesperam cubaturis in ova sorbilia competenter dabis, aut certe illud purgatorium quod conficitur ex dacrydio: obolos III cum aloes duplo conteres et cum mulsa calida ieiunis sereno aere dabis. transacto autem purgationis tempore si ex encauseos fuerit dolor id est ex ustione aeris, maxime tempore aestatis, oxyrodino id est aceto et rosaceo frigido caput embrocabis. quod si ad praesens non fuerit rosaceum, omfacinum oleum mittes. etiam et frontem cum temporibus cataplasmabis pane ex posca frigida et modico oleo rosaceo, admixto et folio plantaginis. si vero ex frigore fuerit dolor, anetino oleo aut amygdalino aut rutaceo calefacto uteris, sive illo quod recipit herpyllum peucedanum castoreum cyperum samsucum hederae corymbos.

1 quod conficitur sicit̄ *p*. conficis *gc*. aloen *g*(*c*): aloes *p*. 2 diagridium *gc* (—dii *p*). coloqua (i *g*^{c}*pc*) ntidę (—d' *p*, —de *c*) *g*. interiores (—is *p*) carnes (—is *p*) *g*: carnes interiores *c*. absinthium ponticum *gc*. 3 cum cauliculi *pc*, c^{a}ul⟨iculi⟩ *g* (*in ras*., cū *add*. *g*^{c}). colligis *gpc*. catapotias *g*, —pocias *c*, —pudias *p*. 5 cubat^{v}oris dormitum euntibus *g* (cubaturis *om*. *pc*, *qui glossam solam ponunt*). 6 ex diagridio obolos. III. cum aloen d. *g*, ex diagridii obulis tribus cum aloes d. *p*, ex diagridiū obolis tribus cum aloen d. *c*. 8 si ex encauseos *g et p*^{c} (iđ ex labore *add*. *g*^{c}), si exencauseas *c*: siēsē cāseos *ante corr*. *p*. 9 ex ustione *gc*: ex adustione *p*. 10 oxirodinon *g* (—nū *p*), exicodion *c* *cf*. *Gal*. *14*, *315*. 11 appresens *p*. 12 omfacinum (*Gal*., *Or*.): omfacium *g*, —ceum *c*, —cum *p*. mittes *p*: mittis *gc*. etiam et *gc*: *om*. *p* (frontem *suppl*. *corr*. *in marg*.). 13 timporibus *gpc*. pani (panē *g*^{c}) ex posca *g*, pane ex posca *c*: pani pusca (*om*. ex) *p*. 14 folio: folia *gc*, foliis *p*. *cf*. *Gal*. *14*, *316*. 15 anetinū . . . amigdalinū . . . rutaceuȝ calefactuȝ *c*. 16 illo *p*: illud *gc*. erpillum *gp*: serpillum *g*^{c}*p*^{c} (*cf*. *Cael*. *Aur*. *p*. *285*), & pilum *c*. 17 ciperum *gpc* (*i*. *e*. cypirum). *cf*. *Cels*. *V*, *11* (*ubi male etiam Daremberg* sampsuchus Cyprius *pro* sampsuchus, cypirus). *cf*. *Gal*. *12*, *503*. ederę corimbos *gp*.

his in uno simul cum aceto et rosaceo oleo aut spano concoctis caput embrocabis et post fomentationem tenui lana cooperies et ligabis. post haec et frontem cataplasmabis amygdalis amaris tritis aut molli rosa sive arida infusa et puleio admixto. aliquando ex pane et aceto mentae foliis aut persici admixto. haec omnia erunt frequenter mutanda. item aliud quod adhibendum probatur dispari temporum dolori, nam Graeci eterocraniam vocant, ut est: erucae semen et nucleum de persicis aequali modo conteres, ex aceto oblinies. aliud. aloen et ammoniacum et masticen cum aceto teres et illines.

ad emicranion vero aloes et crocomagmatis partes binas, euforbii partem unam cum aceto teres, tempus oblinies. sed si nimius fuerit dolor, sacculo calida aqua infuso et expresso, tunc torrido sale repleto, primo vaporabis et post vaporationem sudorem deterges et sic medicamentum supra dictum appones. etiam et per nares

1 his . . . concoctis *p*: haec . . . concocta (cū cocta *c*) *gc*. spano *gcp* (*i. e.* hispano, *ex graeco* σπανόν *cf. Gal. 12, 513.* g^c *inter lin. add.* purū = puro): ispano p^c. et fenugreco *add.* p^c *post* spano. 2 embrocabis: unguas *supra scr.* g^c. 3 cooperies *p*: co[c]operis *g*, cooperis *c*. et (fr.) *gc*: *om. p*. 5 pulegio amixta *c*. aliquantulo panis et aceto et mente foliis aut persici. hec *etc. p* (*suo quidem errore, nam dativus est* foliis). ex *g*: et *c*. 6 admixto *hic om. p (solus)*. Haec *g* (ħ *p*): Nec *c*. 8 temporum (*cf. Sim.*): tempore *gcp*. doloris *gc*, et dolore *p*. Nam *gc*: quod (ꝙ) *p*. etherocraniam *gc*, ethorocaniā (*sic*) *p*. 9 de persicis *ego (Plin. 23, 132 item Plin. iun., Gargil.)*: desuper (*sic*) *gpc*. sub *ante* ęquali *add. c*. ex *c*: et *g*, c̄ (cum) *p*. 10 oblinies *gc*: oblines *p*. aloe *p*. amoniacum *gp* (aloen rameniacum *c*). 11 et *p*: *om. gc*. masticen *c*: mastice *g*, mastic̄ (—cum) *p*. teres *c*: teris *gp*. illinis *g* (ilinus *c*), īlinis *p*. 12 emigranion *gp*, emicranon *c*. aloes et crocomagmatis *p*: aloen et crocomagma *gc*. 13 euforbi *g*, —bii g^cp, —biū *c*. *ad rem cf. Gal. 12, 595.* partem: pars (ps) *c*. unam *om. c, qui habet* c. aceto una teris. teres et t. *p*. tempus *c*: timpus *gp*. oblinies *g*: —niens *c*, —nes *p*. 14 fuerit: super est *c*. saculo *gc*. 15 tunc *om. p*. 17 per *om. p*.

apoflegmatizabis hoc modo. cyclaminis herbae radicis p. 169 sucum et radicis betae sucum | in unum commiscebis et tepidum sedenti resupinato capite naribus infundes. sed oportet primum calidam mulsam in ore inferre vel gargarizare, ne descensu medicamenti ad inferiores partes per nares accepti plurimum fauces adurant. tunc inclinato capite per os aut nares humorem decurrere dimittes. si vero totum caput doluerit, cavendum a cataplasmate vel diversarum rerum vaporationibus, maxime in is qui ex plenitudine capitis laborant. observandum etiam et a comestione lactis vel ab eis quae similiter implere caput noscuntur et omni nervositati contraria probantur, ut sunt nuces palmulae lenticula oryza carduus olivae nigellae et his similia.

si vero dolor minime fuerit exclusus, cyclica curatione erit depellendus hoc modo. in primis capillaturam capitis detondes et rades, et si ieiunium minime ferre potuerint, a solito minus cibum accipiant, inhibito vino aqua calida potabis. tunc secunda vel tertia die anagargarismatis confectione dia ysopu appellata per palatum purgabis, quod

1 apoflegmatizabis: *supra scr.* g^c ıđ flegma iactare facias (apofl'eatiçabis *p*, apoflemanzabis *c*). 2 betę (ıđ plantago maior *supra scr.* g^c) *g*(*c*): bace *p et supra* nete p^c. unum *gc*: *om. p.* commisces *gcp.* 3 infundes *g*, —dēs *p*: —dis *c.* 4 in˙ ore inferre *g*, in hore ferre *p*, in ore fere *c* (*qui om.* vel). 5 descendendi *c.* 6 adurat *p*, —ret *c.* 7 per hos *p.* humores *c.* dimittis *gp*, permittas *c.* 8 cataplasmate *g*: —tū g^c*pc.* 9 is: his *gpc.* 10 et *om. pc.* a cōm⟨est⟩ṭione *g*, a comestione *c*, a commixtione *p.* 11 implere *om. c.* 12 noscunt et omnem (om̄ꝛ) nervositatē ꝯtrariā (?) probant *c.* omni *om. g.* 13 lenticule *p.* oriza *c*: orizia *gp.* cardū *gpc.* 15 ciclica *gpc.* *cf. C. A. p. 275 sqq.* 17 ferre minime *p.* 18 a *om. p.* cibum: cibo *g*, cibos *p* (*c*?). inhibito *c*: inibito *g*, innibito *p.* aquam calidam potent *p.* 19 vel *gc*: aut *p.* die *om. p.* ana *om. p.* anagargarismate *c.* confectione (—oē) *p*: confectio *gc.* 20 ysopū *g*, isopuȝ *c*, ysopi *p.* appellatū *gc*: —ti *p.* appellati — 3 X *om. p.* (*sed suppl.* p^c *in marg.*).

Graeci dia tes yperoas dicunt, hoc est ysopi ℈ X, thymi ℈ VI, origani et staphisagriae dr̄ quaternas, passi optimi eminam I, aceti dimidiam partem: herbas ante diem infundes et diligenter fervere facies, liquabis et dabis gargarizandum potione una tribus diebus, in sole ita ut orario velato capite dorsum ad solem ponat, et per singulos dies postquam purgaverit tepefacto oleo caput tangat, et refectionem accipiat simplicem, ut sunt ova sorbilia et holera malva beta atriplices cucurbita blitum ex iure pullino et parvo sale et aneto, et piscem tenerum ut est turdus gobio aut asellus vel scorpius aut scarus, aut pullos gallinaceos aut columbinos vel cerebrum haedinum assum aut certe porcinum, et vinum aquatissimum potet. transactis vero tribus purgationis diebus propungentes capillos medicinali psilotro in balneo facies, id est auripigmenti laminae ÷ IS, sandaracae S, pumicis tusi et in novo cacabo assati et cimoliae cretae torrefactae, ambarum specierum scripulos senos, calcis vivae ÷ VIII.

1 diathesy peroas *g*, diathes ypereas p^c (*idem adscr.* fr̄ ē͞t dia tes yperoas), dia tes ypereos *c*. tymi *g*, t^{h}imi *p*, thimi *c*. 2 staph(f)isagrię *g*(*pc*). dr̄ quaternas *g* (ʒ quaternas *c*): an̄ (ana) ʒ IIII. *p*. 3 emina . . . dimidia pars *p*, emina et aceti dimedia pars *c*. 4 facies *pc*: facis *g*. liquas *gp*, liqua *c*. 5 potionem unam (potione una *c*) in sole diebus tribus *pc*. 6 deorsum *c*. 8—13 *cf. Cael. Aur. p. 276.* accipiant *p*, —piet *c*. 9 olera *pc*. bleta *p*. a⟨ct⟩riplices *in ras. g*. cucurbitas *p*. blitū p: blattum *g*. cucurbita — piscem *om. c*. (*ubi* atriplices teneros). 10 aneto cocta *add. p*. 11 gabio *p*. assellus *gp*. scarū *g*. 12 vel pullus gallinaceus aut columbinus *p*, vel pullis galinaciis aut columbinus *c*. 13 assum *g*: assatum *pc*. potent *pc*. 14 purgationum *c*. 15 psylotro *g*, spilotro *c*. in balneo facis (*sic*) *gpc* (*ubi deest quod* facis, *sc.* expoliari *vel tale quid. cf. Cael. chr. 1, 36).* i⟨đ⟩ *g*: h̄. ē *p*, hec est *c* (*sc. iam describitur psilotri confectio).* 16 lamina c̄ IS *c*. quimolia et creta (alba terra *suprascr.* g^c) torrefacta *g*, quimolie et crete torrefacte *p* (*sed* cimolia, —e $g^c p^c$), quimolea et creatatore facta *c*. 18 scr^{v}ipulos senos *g*: ʒ VI *p*, c̄ senos *c*.

tundes supra dictas species et cernes, et primo calcem
cum aqua competenti coques in novo cacabo testeo ut
non durius sed liquidum videatur, et sic supra dictas
species superasperges, et leviter coques et penna galli-
p. 170 nacea probabis quae non fuerit oleo | polluta. tunc paulu-
lum tepescere sines et sic caput contra capillaturam lines
cautius ne oculos contingat, et cum sufficienter cutem
constringi senserint in vaporem mittes, et cum sudare
coeperint, oculis clausis vel supra linteolo ligatis totum
caput catafricabis et adiecta aqua calida lavabis, et post-
quam laveris, asperso cantabro manibus moderate fricabis
et iterum lavabis. tunc oleo perungues et in solio descen-
dere dimittes et post unum diem in sole totum caput ad
scapulas per dies numero quinque dropace induces. cuius
dropacis confectio talis est. cerae, picis siccae, resinae
pituinae, nitri libras singulas, resinae frixae ∻ VI, pyretri,
bituminis iudaici, sulphuris vivi, ellebori albi, adarces,
stafisagriae, omnium specierum VI uncias binas, piperis et
olei sicyonii uncias quaternas. peractis vero dropacis quin-
que diebus in lavacro sympasmate uteris quod conficies

1 tundēs *p.* 3 du♃ . . . liquid' *p.* 4 aspercis *p*, aspergis *c.* leniter *c.* coquis *c.* 6 t. sinis *gp*, tepefacies *c.* linis *gpc.* 7 contigat *ante corr. g.* cutem sufficienter stringi s. *c.* 8 vapore *c.* 9 ceperint *g*: ceperit *pc.* vel linteolo supra *p.* 10 catafricabis (!) *gc*: cataplasmabis (catapl'ab') *p.* lavaveris *p.* 11 cantabro: *g*^c *suprascr.* chlia. frigabis *p.* 12 perunges *p*, —gis *c.* in solio (solium): solio (*supra scr. g*^c balneū sudoris) *gcp* (*om.* in). 13 dimittis *gpc* (dimittis descendere *c*). post *c*: per *gp.* ad *g*: usque ad *pc.* 14 numero *gc*: *om. p.* tropacem *c.* ìnducis *gpc.* 15 dropacis *om. c.* est talis *c.* 16 pituine — resine *om. c. abhinc nisi plane nos deficit cod. g, quae exempli causa adscripsi vitia codicum cp, ut sunt innumerabilia neglexi.* 17 adarces *gpc* (ursini testiculi *supra scr. g*^c). 18 omnium — uncias *om. p, qui habet* agrie an̄ ∻ ⟨VI *add. p*^c⟩. VI *c*: septem *g.* 19 sicionii: ex cucumeris agrestibus fit *suprascr. g*^c. 20 ī lavacro *pc*: bilavacro (*sic*) *g.* simpasma *gc*: sinplasmate *p.* quod *p* (*c?*): quam *g.* conficis *gc*, —citur *p.*

sic: nitri libram I, salis torrefacti ÷ VI, feclae, bacarum lauri, cyperi, stafisagriae uncias singulas, samsuci et squinuanthi scripulos VI tundes in uno et tenuissime cernes et uteris diebus tribus. post haec vomitu ex radicibus uteris, quod graeci dia rafanidon vocant, hoc est radices purgatas et lotas libra una concisas et pridie in oxymelle infusas ex duabus mellis partibus et una aceti comedendas dabis. et cum mordicationem [stomachi vel *suppl. I thoracis senserit, calidam aquam superbibendam dabis et immissis* pennis ori vel faucibus vomitum provocabis et vario cibo nutries ex diversis volatilibus vel quadrupedibus silvestribus, ut sunt capreae lepores perdices fassae et his similia. et etiam conditum ex melle vel passo dare permittes. post haec et sinapismo uteris hoc modo. sinapis libras II et S, caricas numero XV, panis ex aceto infusi ÷ VIII, haec omnia singillatim trita et in uno commixta panno induces et totum corpus illines, si omne corpus curare voluerit, vel si ipsum caput solum curare voluerit, panno ut supra dixi induces et totum caput operies. et

1 fecla (*ante corr.* feda, *ut c*) *gp*. id̄ feces vini vel aceti. Id̄ est et feclis *suprascr.* g^{c}. baccas *gc* (bace *p*). 2 cyperi *gc*: piperi *p*. uncias singulas *gc*: an̄ ÷ I *p*. 3 squinuanti *g*: squinanti *p*, —tis *c*. ſcī *g* (scrūp g^{c}): ʒ *p*, *om. c*. ~~inunde~~ inuno *g*, in vino *c et* p^{c}. 4 vero *add. p* (*post* hec). vomitu *p*: —to *g*, —tuʒ *c*. 5 quod *g*: quē *c*, qn̄ *p*. diarafinidon *g* (—fanidon *cp*). 6 libram unam *gc*, ī. I. *p*. in oximelle: *sic gpc*. 8 et cum mordicatione. *Sic g, ubi reliqua huius cap. desunt, sequitur* Ad ptisicos II. cap. 10 ori $p^{c}c$: horis *ante corr. p*. faucis *c*. 11 varios cibos *c*. nutris *cp*. 12 capree *c*: capre *p*. fasse *c*: *om. p*. 13 similibus *cp*. vel *c*: aut *p*. 14 permittis *cp*. *cf. de sinapismo Archigenes apud Aetium III, 181.* sinapi libras duas 2̑ *c*. 15 carecas nūo XV *c*: caricarum XV *p*. 16 ÷ VIII *p*: c̄ VIII *c*. singulatim *c*, singula *p*. uno *p*: vinū *c*. 17 inducis *cp*. inlinis *p*, illius *c*. 18 volueris *p*, —runt *c*. vel ipsum (*sic*) *p*, aut sine alio vel ipsum *c* (*pro* aut si ⟨aī. vel⟩ ipsum?) caput solum *c*: solum caput *p*. curare voluerit (*c*): *om. p*. 19 inducis et totum $p^{m}c$: iidt̄ (*sic*) *p*. operis *p*, aperis *c*.

dimittes ut operetur usque ad ruborem cutis quem Graeci finigmon vocant. tunc in balneum mittes, et cum sudaverit, caput in solio ut mergat imperabis, et omnem cycli curationem terminabis.]

(*p. 176*)

II. Ad tineas capitis.

Tineas capitis Graeci achoras vocaverunt. emergunt frequenter in corio capitis ex viscoso quodam ac tenacissimo humore mellis simili, ut etiam et ulcera corticosa ostendat.

in curationibus autem ob nimietatem humoris oportet in principio purgatorium dare, ut sunt catapotia Galeni quae superius in passione capitis scripta sunt. sin vero fuerit parva hoc est modica ulceratio, sufficiat topica adiutoria adhibere quae nos localia dicimus, ut est psoricon medicamentum ad scabiem totius corporis inferius scriptum: per dies quinque praetonso pressius capite in sole bis in die fricabis, et cum videris loca nimium humectari, ptygmate fovebis id est calida aqua in qua decocta sunt rosa, p. 177 murta sicca, cupressus, | rubi virides turiones, siliquae graecae aridi rami. et postquam fomentaveris, cataplasmate uteris, hoc est lenticulas et cortices de malo granato coques simul in aqua et teres separatim, tunc

1 dimittis *cp*. 2 finigmo *p*, fimgmon *c*. in balneum mittis *c*: in balneo dimittis *p*. 3 c. ut in solio m. *c*. mergant *cp*. 7 *cf. Gal. cata top.* XII, 464 (*eupor.* XIV, 323 = *Oribas. eupor.* IV, 12). quodam *p*: quondam *gc*. 8 et *om. p*. 9 ostendant *pc*. 11 catapotię *g*, —putie *pc*. gallieni *g*, galieni *pc*. 12 scriptae *gpc*. 13 hoc est modica *gc*: *om. p*. sufficiant *gpc*. 14 sporicon *ante corr. p*. 16 V *p*, VI *c*. praetonso *gp*: precioso *c*. 17 frigabis *p*. tigmate *gpc*. 19 murta *g*, mirta *pc*. rubi *item* siliquae — uteris *om. c*. rubi viridis (*sic et cp*) *in ras. g*[c]. turiones (id est cimae *g*[c]). siliquae (id est prunę silvestres *g*[c]). silice *p*. 20 aridos ramos *g* (—i *pc*). 21 Lenticula *gpc*. de ipsa arbore de malo granato (id est de ipso arbore *supra g*[c] *qui delet idem in textu*) *g* (de mala granata *ante corr. g*): mali granati *pc*.

commiscebis ex aequali modo et addito melle et aceto linteolo inductum appones. et cum videris loca bene fuisse desiccata, cerotario uteris quod conficies sic. sulphur vivum, bacas lauri, herbam perdicion id est parietariam, omnia singillatim teres ita ut sulphuris plurimum mittas. tunc ceram cum oleo myrtino sufficienti resolves et cum infrigidaverit rades et supra dictas species admiscebis et inductum appones. etiam et in lavacro caput ex sapone fricabis in quo prius fuerit sulphur admixtum. et si forte canosi capilli fuerint nati, frequenter psilotro emendabis caput.

III. Ad pediculos.

In cachecticis corporibus id est mala habitudine affectis pediculosa passio generatur quam Graeci pthiriasin vocant. curationis autem tempore tali medicamento uteris, hoc est staphisagriae partes duas, sandaracae et nitri partes singulas cum aceto et oleo diligenter teres et caput perungues, sed oportet antea aqua calida salsa lavare et detergere et sic unguere. |

IIII. Ad capillorum defluxionem. *p. 178*

Defluxio capillorum contingit ex debilitate corporis

1 commisces *gc*, miscebis *p*. ex . . . (modo) et *om. p*. 2 fuisse *gc*: *om. p*. 3 cerotarium *g* (—rio *pc*). conficis *g* (—ceis *p*), —citur *c*. 4 baccas *gc* (bacas *p*). 4 *περδίκιον adhibet Soranus* (*Gal*. XII, 494). id est paritaria (*sic*) *g*: *om. pc*. omnia *om. p*. 5 singillatim *g*: singulatim (sigl'atī) *pc*. 7 admisces *gpc*. 8 etiam et *gc*: et *p*. 9 frigabis *p*. 10 frequenti *pc*. 11 caput *g*: *om. pc*. 13 cacecticis *g*: cateticis *p*, cactecticis *c*. 14 peduculosa *g*. py^ri^asin *g* (ri *supra g*ᶜ), ptiriasī *p*, ptinasī *c*. 15 *curatio est Archigenis ap. Gal*. XII, 463 = XIV, 323. 16 sandaraca *gc* (—ce *p*). nitrum *g* (nitri *pc*). 17 teris *gpc* (*sed* perungues *g*, —ges *pc*). 18 seoportet *ante corr. g*. salsa caput lavare *c*. 19 unguere *g*: —gere *pc*. 20 Ad fluxum capillorum *p*. 21 debilitatione *c*.

aut macronosia laborantibus id est longa aegritudine, aut laborioso in feminis partu.

ob diligentiam vero curationis ladanum cum vino nigello conteres donec mellis sumat crassitudinem et illines. adiantou herbae, rosmarini, myrtae nigellae viridis, omnium trium manipulos singulos, aluminis lipari Ⱬ III, olei spani et aquae et vini nigelli, omnium trium eminas singulas, coques ut ad oleum redeant, ita ut remaneat modicum humoris ne oleum ardeat. tunc liquabis et caput perungues.

V. Ad alopiciam.

Omnibus capillosis in locis veluti rotundo schemate desertio efficitur capillorum. sed nomen alopiciae accepit, si quidem postquam fuerint curati tenues canosos et veluti flavos capillos ostendant, sicut animalis vulpeculae quam Graeci alopeca vocant.

curatio autem eiusdem passionis talis est. minutas vel densas scarifationis laceraturas dabis quas Graeci amychas vocant, et super acriorem cepam quassatam fricabis,

1 macronosiam *g*, —nosia *c*, —noxia *p*. i. longam ęgritudinem *g*. 4 conteris *gc*, teris *p*. 5 illinis *gp* (illius *c*). adianton *g*, —tū *p*, addiaton *c* (id est barba iovis. id est &azon quę vulgo semperviva dicitur *supra* g^c). myrtae *g*: mira *c*, et mirte *p*. 6 omnium trium *gc*: *om*. *p* (*item v. 7*). Ⱬ (libras) *g*: ℥ *p*, ʒ *c* (λίτρας γ̄ *Gal.* XII, 431. XIV, 322 *in alio ad idem med.*). lipari (id est rotundi *supra* g^c). 7 yspani *g*, spani *pc*. 8 coques *gc*: coquas *p*. redeant *g*: reddeat (*sic*) *p*, redat *c*. ita — ardeat *om. c*. 9 liquas *gcp*. 10 perungues *g*, —ges *pc*. 11 alopiciam *gp*, allopiciam *c*. 12 scemate *gp* (stomate *c*). 13 alopicia *gp* (alopicia — flavos *om. c*). accipit *p*. 14 fuerit curata *p*. tenuos (*sic*) *g*. canosos: *sic gp*. 15 sicut animalis vulpeculę (vulpicula *c*) *gc*: sicut vulpecula *p*. 16 alopecan *g* (—ca *p*), vulpiciam (*sic*) *c*. 17 Curatio — est *gc* (ita est *c*): Curatio eius talis est *p*. minutas vel *gc*: *om. p*. 18 scarifationes *gp* (scrafficaciones *c*). laceratis (*sic*, —tas *c*) dabis *g*: in locis illis (!) facere iubeo *p* („laceraturas“ *servat Petr. c. 3*). amichas (*sic*) *gpc*. 19 frigabis *p*.

aut nasturcii semen cum sinape et aceto teres et illines, aut catti stercoris partes duas sinapis partem unam cum aceto teres et illines. | [aliud. avellanas combustas conteres cum axungia aut adipe ursino et oleo de lucerna et illines, ante vero ipsam alopiciam nitro trito cum panno fricabis et illines. aliud. adipem ursinum euforbio mixtum cum oleo de lucerna illines. aliud. stercus muris cum aceto tritum et illinitum capillos educit.

*finitur p. 178. *suppl. II.*

VI. Ad cantabriem capitis.

Cantabriem Graeci pityriasin vocant. emergit frequenter ex humore acri vel intemperantia corporis quam Graeci acrasian vocant. nascitur quidem pruritus in superficie cutis capillosis in locis, ut etiam tenuissimas squamillas albi coloris emittant cantabro similes, unde nomen pityriasin accepit.

in curationibus vero lac ovillum seu bubulum vel caprinum cum melle potui dabis pro comparatione pruritus. etenim acredinem humoris addulcat vel obtundit et non curiose sed simplici inductione ventrem depurgat. nec non etiam flebotomia ex brachio erit adhibenda, maxime si aetate iuvenes fuerint patientes et secundum naturam plurimo sanguine abundaverint, quos Graeci

1 synape *g*, sinape *p*, —pi *c*. et (ex *c*, in *p*) aceto *g*. illinis *gpc*. 2 catti (gati *c*) stercus *gc*, siccati. s. coris (*supra deleta* gatti ster *corr.*) *p*. synapis *g*, sinapis *p*, —pi *c*. 3 illinis *gc*, —nies *p*. 5 illinis *pc* (*item v.* 6. 7). et *p*: aut *c*. vero *om. c*. ipsa alopicia *p* (—am *c*). 6 panno *p*: pane *c* (*ἐκνιτρώσας καὶ ὀθονίῳ ἐκμάξας Gal.* XII, 406). frigabis *p*. euforbie *p*, cū forbio *c*. 7 lucernis *c*. *hoc frequens rem. v. Gal. XII, 240. 329. 418. Marc. p. 45.* 9 illinitum (*sic*) *pc*. 10 petiriasin *p*, ptinasin *c*. 11 acro *c*. 12 acrasiā *p*, —sia *c*. quidem *c* (*Petr.*): quidam *p*. 13 squamas *c* (*Petr.*). 15 pruriasī *p*, pitinasin *c*. 16 ovillum *c*: ovinum *p* (*Petr.*). bubulum *c*: bubulinum *p* (*Petr.*). 17 comparatione *c* (*Petr.*): acredine *p*. *fort.* comp(l)acatione. 18 adulcat *pc* (addulcat *ips. corr. c*). 19 nō *c*: ū (*pro* n̄) *p*. 22 plurimum sanguinis *c*.

polyemos vocant. aliud. betam cantabrum nitrum faenum graecum in uno simul decoques, ex ipsa decoctione caput lavabis. etiam et sympasmate tali uti oportet. murra aloe afronitrum sulphur vivum elleborum album ptisana sicca pari pondere contusa atque cribellata in balneo aspergenda.

VII. Ad papillas vultus.

Tempore pubertatis et mediae aetatis ionthi saepius in vultu nascuntur parvulas extantias ostendentes, per quas cum cortex unguibus fuerit abstractus, humor sequitur virosus vel mucilentus. aliquibus vero longo tempore fundati solidantur et occallati indecentem faciunt vultum.

curationis vero tempore accipies dragantum aqua infusum et cum molybdaena trita commiscebis et simul teres donec mellis sumat crassitudinem, et ad vesperam illines vultum et dimittes tota nocte. tunc lucescente die cantabro lacte consperso faciem fricabis et tepida aqua lavabis, etiam et sympasmate blando in balneo uteris. sed oportet primo unguibus leviter cortices abstrahere et hu-

1 polimos *p*, poliems *c*. 2 in uno *p*: *om*. *c*. dequoques *p*. decatione *p*. 3 et *om*. *c*. simplasma tale (—li *c*) oportet *pc* (uti *addidi ex Petr*.). mira *c* (*Petr*.): mirte *p*. aloen *c*, aloes *p*. 4 afronitri. sulphuris vivi. ellebori albi. ptisane sicce *p* (*nomin. ubique c*). 5 pari pondere *c* (*Petr*.): paria pondera *p*. concussa *c*. atque *c* (*Petr*.): et *p*. aspergenda *p*, —do *c*. 6 *tit*. (*ex c*) *abest p* (Ad hiantes *Petroc*. *c*. 23), Ad chiantus (hianthus *c*) i. papillas (papelas *c*) que in vultu nascuntur *ind*. *p* (*et c*). 7 medie *c* (*Petr*.): medio *p*. hionti *p*, bıutı *c* (hiantes *Petr*.). 8 extangias *p*: 9 abstractus *p*: —ta *c*. 10 virtuosus *pc*. 11 ıoccallati *p*. occalanti *c*. indecenter *c*. 13 tempore *om*. *c*. accipes *c* (—pies *Petr*.), *om*. *p*. dragantum (*sic*) *pc* (tragantum *Petr*.). 14 molibdena *c*, mollibdena *p*. trita *c* (*Petr*.): tritum *p*. commiscebis (*Petr*.): —ces *pc*. 15 sumat *c*: sentiat vel sumat *p*. 16 illinis *pc*. dimitte *c*. totam noctem *p*. 17 consparso *c* (*Petr*.): compresso *p*. frigabis *p*. 18 et *om*. *p*. 19 et humorem (*Petr*.): et tumorem *pc*.

morem exprimere, et sic medicamentum supra dictum linire.

VIII. Ad maculas albas.

Maculas albas Graeci alphus leucas vocaverunt. nascuntur aliquando in vultu aliquando in toto corpore ex flegmatico nimis acri vel salso humore.

quas quidem sic probabis si ex parte curari poterunt aut certe omnino incurabiles ostenduntur. superficiem cutis, id est maculam candidam acu vel acuto flebotomo modicum punges ut non nimis penetres, et si lacteus humor fuerit exclusus, omnino incurabilis demonstratur. si vero pro humore sanguis exierit, ex parte curari ostenditur. propterea oportet flegmagogum purgatorium dare quod dicitur elaterium. conficitur sic. accipies cucumeres amaros agrestes maturos et secabis et in vas aeneum mittes. alia die manu exprimes et ipsum sucum sub ferventi sole siccabis, et postquam siccatus fuerit, addes iterum ex ipso suco modicum ut bene crassescat. et fac trociscos drachmarum singularum, ex quibus dabis unum cum mulsa ieiuno. hoc purgabis humorem frigidum id est flegmaticum, maxime a capite vel a fundo cerebri, unde omnis nervositas infunditur. et post purgationem

1 medicamento . . . dicto *p* (*Petr., ubi* illinire). 4 alphus *c* (alphas *Petr.*): alfos *p*. 6 vel nimis *Petr.* acro *c*. 7 poterint *p*, potuerunt *c*. 8 aut certe: *sic pc* (*l.* aut contra?). ostendit superficies cutis *pc* (*Petr.*). 9 id est: idem *c*, *om. p*. macula candida *c* (*cf. Petr.*), maculas albas vel candidas *p*. 10 modicū *c*: —co *p*. et non minus p. *c*. et *p*: sed *c*. 11 incurabiles demonstrantur *p*. 12 ostenduntur *p*. 14 elacterium *p*, darium (*sic*) *c* (*ἐλατήριον sec. Gal. XII, 122 est sucus fructus cucumeris agrestis*). 15 et secabis (*cf. Plin.* 20, 3): et stipticos *p*, et siccatos *c* (excitalla *Petr.*). 16 exprimis *p*. sub *c*: *om. p* (ad solem *Petr.*). 17 siccatū *c*, siccat̄ *p*. 19 dragmarum (*ut semper et g*) *cp*. unum (*Petr.*): .I. *pc*. 20 cum *om. c*. ieiuno (*Petr.*): —nus *c*, —nis *p*. ħ purgabit *p*: depurgatum (hūōre) *c*. frigidum c (*Petr.*): *om. p*. id est: .i. *p*, idem (*sic*) *c* (*item p. 16, 2*).

factam biduo vel triduo lacte caprino nutries, et post haec adhibebis adiutoria metasyncritica id est quae renovare valeant temperiem corporis naturalem, ut sunt desiccatoria sympasmata vel cetera quae de cyclo superius in passione capitis scripsimus.

VIIII. Ad maculas nigras.

Maculas nigras Graeci alphus melaenas vocant. nascuntur aliquando in vultu aliquando in brachiis aliquando in toto corpore, aliquando fuscae aliquando nigrae aliquando asperae veluti zernosae, quas Graeci lichenodes appellant. ex melancholico humore efficiuntur id est ex nigri fellis redundantia.

propterea in principio curationis cathartico melancholicum non solum semel sed frequenter purgabis. quod catharticum conficies sic. epithymum optimum id est non vetustissimum et ex locis maritimis sumptum quantitate semunciae I decoques in aquae calices latiores numero III usque ad tertiam partem, tunc diligenter liquabis et in ipsa decoctione miscebis oxymellis coclearia III et ieiunis dabis. et post dies purgationis alio medicamento uteris] *p. 179 inc.* ad maculas nigras et zernosas et ad maculas nigras in vultu feminis ex abortione praecedenti factas vel adustione

1 nutris *pc.* 2 adhibebis *c* (*Petr.*): adhibita *p.* metas incritica *p*: metasin cretica *c.* 4 simplasmata *pc.* deciclo *p*, decito (*sic*) *c.* 7 alfus melanas *c*, alfos melenas *p* (alphos meletos *Petr. c. 25*). 10 zenose *c.* licedōes *p*, licedone *c.* 11 efficiuntur (*Petr.*): efficitur *c*, *om. p.* 13 catarticum melancolicum *p*, catartico melancolico *c.* 15 conficis *c* (*Petr.*), conficitur *p.* Epithimū . . . semuncie . I. *c.* Epithi novi non veteris ex l. m. collecti ÷ S. *p* (*brevius Petr.*). 17 decoquas *p.* aqua calices . III. *p*, aqua calices laciores (*sic*) nūo . III. *c.* 18 partem *c*: *om. p.* liquabis (*Petr.*): ligabis *pc.* 19 decatione (*ut supra*) *p.* miscebis *p*: *om. c* (addes *Petr.*). oximellis *c*, examl' *p.* 21 cernosas *g.* et ad m. nigras *om. p* (*non gc*). in vultu. in feminis *g*, (nigras) feminarum *c*, in vultu viri seu femine *p* (in vultu femine *Petr.*). 22 facta *g.*

solis quas Graeci ephelidas vocant. etiam et cicatrices nigras ubicumque evenerint haec confectio ad unitatem coloris cogit, et conficitur sic. cumini drachmam I, guttae ammoniaci et amygdalarum amararum decoriatarum drachmas senas, ellebori nigri drachmam I, nitri drachmas II, cucumeris agrestis suci ex radicibus expressi ÷ II, mellis ÷ VIII conficies et maculas supra dictas fricabis. etiam et in lavacro sympasmate uteris quod conficies sic. sulphur vivum et nitrum et herbae draconteae radices et ibisci radices siccas, omnium quattuor ÷ singulas, myrtae nigellae siccae ÷ II, ellebori nigri et chamaeleontis nigri radicis id est sefra [nigra], ambarum specierum ÷ quaternas. quae tundenda sunt tunduntur et quae terenda sunt teruntur, et simul commixta iterum in uno usque ad ultimam tenuitatem teruntur. |

1 ephelidas *g*: effilidas *p*, ofelidas *c*. 2 evenerint: venerit *g*, —rint *p*, fuerint *c*. hęc confectio *g*: *om. pc*. 3 cumini *g*: cimini *pc*. gutte *p*: gutta *g* (guta *c*). 4 ammoniaci *gp*: —ce *c*. et *gc*: *om. p*. amigdulas (*sic*) amaras decoriatas *g*, amigdalarum amararum decoctarum *c*, amigdalar̄ ama. et decoriatar̄ *p*. dragmas senas *gc*: ʒ. VI. *p*. 5 Elleborum nigrum. nitrum dragmam. I. *g*. ellebori nigri ʒ. I. nitri (miri *c*) ʒ. II. *cp* (*Petr.*). 6 expressi *gc*: et prassii *p*. 7 conficis *gcp*, terendo confice *Petr*. supra dictas *gc*: *om. p*. 8 sy(i)mpasma *gc*: sinapismate *p*. quod *pc*: quam *g*. conficis *g*, —citur *pc*. sulphur . . . nitrum *g*: sulphuris vivi et nitri *c* (sulphuris vivi tatri rad'. dragondee. rad' hibisci sicce. ÷ I *sic p*). 9 et i[n]visci *g* (& misci *c*). 10 omnium quatuor *g*: *om. p*. omnium — siccae *om. c*. myte (*sic*) *g* (mirte *p*). 11 et *g*: *om. pc*. cameleontae *g* (—te *pc*) *et supra* g^c: „ıđ hedera nigra (*glossam sequitur Petr.*) idem est et camelea atque scissa“. nigrae *g*, nigre *cp*. 12 radices *g* (rad' *p*), *om. c*. ıđ. se fra nigra *g*, i. sefā nigra *c*, i. sefre nigre *p* (*in textu omnes*). an̄ ʒ. IIII (*om.* specierum) *p*. 13 quae — teruntur *gc*: que sunt terenda terantur et que tuntenda tundantur *p*. 14 sunt *hic om. c* (*ut p*). iterum *om. p*. in uno *p*: in vino *g* (Nunc *c, ubi male distinguitur*). 15 terantur *p*.

p. 180 X. Ad perniones.

Latini perniones a pernicie patientium locorum partium nomen accepisse dixerunt. Graeci vero chimetla dicunt ab hiemis tempore quod chimona vocant, siquidem ipso in tempore supra dicta passio nascatur, cum tenera corpora glaciali frigore fuerint adusta. sequitur patientes circa articulorum loca pruritus quidam et inflatio.

oportet in ipso initio ex decoctione rutae et murtae admixto modico aceto et sale loca quae patiuntur fovere et diligenter detergere. tunc alumen liparum cum oleo conteres usque ad crassitudinem mellis, oblinies. aliud. adipem vitulinam liquefacies et admiscebis turis mannae, et similiter ut supra oblinies. aliud. coques in oleo scillam contritam et perungues. aliud medicamentum ulceratis pernionibus conveniens. aluminis lipari et murrae et calcis vivae et turis masculi, omnium quattuor ÷ ternas, picis durae 𐆖 IIII, cerae ÷ II, olei ÷ III. quae sunt sicca cum vino modico teruntur, et sic crassum cerotarium miscetur. facit et ad universa ulcera vel vulnera.

1 Ad perniones morbos *p* (i. ad tumores digitorum hyemali tempore contingentes *add. p*[c]). 2 Latine *ante corr. g.* pernetie *g* (—nitie *p*, —nicie *c*). locorum *om. p.* 3 cy(i)methla *gp*, cimecla *c.* 4 dixerunt· *c.* 5 in *om. p.* nascatur *g*: nascitur *pc (Petr.).* 7 loca *g (Petr.)*: locos *pc.* 8 ex *pc*: et *g.* murtae *g*: (mirte *p*?) mire *c* (mirre *Petr.*). 11 et (*ante* obl.) *add. p (Petr.).* 12 vitulinam *g(p)*: —num *c.* liquefacis et admisces *gcp.* turis mane *c*: turis manna *g*, thus Mag[a] *(sic) p.* 13 oblinies *gc*: —nes *p.* Al'. in oleo coquas *p.* 14 scillam contritam *ego (Diosc., Prisc. p. 27*[a]*)*: cilla citria *g*, stilla citrina *c*, squillā citrinā *p.* medicamentum *gp*: *om. c* (*ubi* Aliud quod u. p. convenit). ulceratis *pc*: *om. g.* 15 lippari *g.* et *om. p.* murrae *g*, m[i]re *p*, mire *c.* 16 et *it. om. p.* thus masculi *p.* omnium quatuor *gc*: *om. p.* ÷ ternas *g*: ðr. t[i]nas *c*, ʒ III *p.* 17 𐆖 *g*: ℥ *p*, ʒ *c.* olei ÷ III *ante* picis . . . *in p.* 18 teruntur: —rantur *p.* 19 miscetur *g*: misceatur *p*, misce *c.* *p.* ad diversa u. *p.*

XI. Ad impetigines id est zernas.

Impetigines quas Graeci lichenas vocant, Latini vulgo zernas appellant. | nascuntur ex melancholico humore, ro- p. 181. tundo schemate, in superficie cutis, cum ingenti pruritu et asperitate, et curantur similiter ut maculae nigrae superius scriptae.

aliud. trociscus appellatus a Graecis lichenicos id est medens impetigines. recipit aluminis scissi et rotundi, chalciteos, melanteriae qua sutores utuntur, chalcanthi, lepidos aeraminis, omnium specierum sex drachmas quaternas, sulphuris vivi ʒ II, alcyonii ʒ XIIII, cantharidum ʒ I, aeruginis ʒ VIII, foliorum caprifici ʒ VI, cumini ʒ IIII, aceti quod sufficiat. conficies et in usu aceto mulso salito resolves et inlines. ante vero panno laneo aspero zernam fricabis et sic medicamentum illines.

XII. Ad verrucas.

Secundum Graecos tres differentias habere verrucae ostenduntur. nam dicuntur acrochordones, quae sunt

1 oleo roso *(sic) g*, olei rosei (ro. *p*) *cp*. 2 lib. I. *g*, libr. I *c*, l'. I. *p*. 3 erpetas *p*: herbenas *g*, hertenas *c*. 5 herpen *g*, herpin *c* (q. h. d. *om. p*, erpem *Sim. s. araneae*) herpenas *g*, herpepēticos *p* (*om. c*, herpetas *Simon s. v.*). 7 serpiginem *Simon s. herpetas* (*cf. Isidor IV, 8, 5* serpedo). nom̄. *g (i. e.* nominamus *p)*, nominavimus *c*. 8 ac *g*: et *cp*. c. p. extantia *Isid*. 9 herpentis *gp*, erpetis *c*. 10 cencrias *g*, tēcrias *c*, ceucas (l) *p*. 12 aranea verrina (ranea vermia *c*) *g*, —ā *p* (tineas verinas *Sim.*). 13 erisipilata *gc*, —pilā *p*. 15 *tit.* Ad scroph(f *c*)as *gc*, De scrofulis *p (mox* Scrofas *gcp)*. 16 chiradas *gp*, hiradas *c*. 18 ōnaturatione *g*: cū maturatione *c*, cōatū *p*. catasinfisin *gp*, catasmisisin *c*. 20 suis: sues *gc*, uos *p*. 21 ostend̄ *g*.

vocantur. et sunt curationis difficilis. nascuntur in cacochymis corporibus id est malo humore possessis.

est iterum aliud genus scrofarum minime adhaerens sed magis sub cute natans et plurima natione pullulans sicut genus porcorum, unde iterum scrofae nomen acceperunt. nascuntur ut supra dictum est glandulosis in locis, ut in gutture vel sub ala aut in inguine, et sunt sive chirurgia sive medicamentis curatione faciles.

propter ea curationis tempore dialon medicamentum inferius suo loco conscriptum appones. novit enim scrofas solvere et in humore purulento conversas per poros cutis desiccare. aut certe meline Vespasiani appellatum appones, et cum videris supra dictas scrofas in saniolam converti, chirurgia uteris et secundum rationem curabis, quod Graeci cata logon vocant.

XXVII. Ad steatomata.

Steatomata dicuntur durities in similitudinem scrofarum emergentes paulo potiores et molliores, quae cum digito fuerint impressae cedunt ac resurgunt, adipis callosi qualitatem intra se continentes. unde ipso nomine

1 curationes difficł *g* (curaidem difficiles *c*), curatione difficiles *p*. cacocymis *g*, cachozimis *c*, cacocismis (—cisini *ante corr.*) *p*. 3 Est iterum (Ē iterū *g*, *ubi* e *ex* i *corr. qui vult* Ceterū) *gcp*. minime: noīe (nomine) *c*. adherentes... natantes . . . pululantes (pululacione pullulantes *c*!) *gc*, —tium *semper p*. 4 natione *gc*: variatione *p*. 5 scrof̄ nomen *g*, nomen scrofas *c*, nomen scrofe *p*. 7 in inguine *c* (in *om. gp*). 8 curationes *p* (—ne *gc*). 9 dialoon *gc*, dialeō *p* (*cf. c. 21*). 10 scrof̄ *g*. 11 ꝛ et in h. *g*. in humore purulento conversas (conversos *c*, converso *p*) *gcp*. 12 meline *gc* (moline *p*). 13 saniolam *gc*, —las *p*. 14 cirurrigia (*sic*) *g*. 15 catalogon *gc*, catalōgo *p*. vocant *g*: appellant *cp*. 16 *tit.* Ad steathomata (steätomata *c*) *gc*, De duritie simili duritiei scrofularum *p* (*in ind. capp.* Ad steatomas). 17 Steathomata *g*, Scearthomata *c* (*item infra p. 44, 1*). durities *g*(*cp*). 19 inpressę *g*(*p*): expresse *c*.

steatomata vocantur. nam Graeci adipem stear dicunt. nascuntur frequenter in articulosis et nervosis locis vel musculosis et cartilaginosis. et similiter ut scrofae curantur.

XXVIII. Ad aurium dolorem.

Aurium dolores efficiuntur ex antecedenti perfrictione ex frigido vento flante aut ex lavacris frigidis aut aqua in ipsa caverna auditoria irruenti. aut ex tumore membranae supra dictae auditoriae cavernae aut saniola fluenti aut ventositate inclusa tumorem faciente aut sordiculae vel purgamentorum obtrusione facta, cum exitum minime habuerit supra dicta ventositas, dolores efficiuntur.

curationis autem tempore in ipso initio doloris aliqua ex praedictis ad dolorem capitis superius scripta extrinsecus adhiberi sumenda mandamus, ea vero quae proprie in ipsis cavernis instillantur nunc dicemus.

ad dolorem aurium. gesentera id est vermiculos de arrugia aut araneas aut asellos quos Graeci oniscos dicunt — nascuntur in humectis locis hominum tactum

1 scear *c.* 3 cartillagiosis *g.* 4 *tit.* Ad aurium dolorem (dot *g*) *gc*, De dolore aurium *p.* 5—11 *dolorum causae* = *Gal.* (κατὰ τόπ.) XII, 599 *(unde Pseudo-Gal. euporist* XIV, 330 *cf. Th. Prisc.* I, 7*)*, 5 perfricatione *p.* 7 in ipsa caverna *etc. (abl.) gcp.* irruenti *g* (—ti *etiam cp*). 8 fluenti *gc,* —te *p.* 9 sordida (*pro* —cla?) *g*, sorde *c,* sordides *p* (ex sordibus *Petr.*). 10 obtrusione *g*, —trutione *p*, ostrusione *c* (obstrusione *Petr.*). 12 aliqua *cp*: aliquam *g.* 13 scripta: scriptam *g*, dicta vel scripta *(sic) c*, scriptis *p.* 14 adhiberi sumenda (—dam *g*) *sic gc* (sumenda *om. p*). 15 in ipsis cavernis: *sic gcp.* dicimus *cp.* 16 ad (Ad *c*) d. aurium *gc*: *om. p.* *θηρίον ὃ γῆς ἔντερον καλεῖται ex Apollonio Gal. XII, 649.* vermiculas *g* (—los *cp*). 17 arrugia *gp (cf. Plin.)*: auringia *c.* oniscos *g*: aniscos *p*, oniscon *c.* 18 *de oniscis in eodem argumento sic ex Asclepiade Galenus* (XII, 634): *ζῶον δέ ἐστι πολύπουν ἐν τοῖς ὑδρηροῖς ἀγγείοις (cf. XII, 641 et 623 ex Archigene τοὺς ἐπὶ ταῖς ὑδρίαις ὄνους) καὶ ἐν ταῖς κοπρίαις γεννώμενον, κατὰ δὲ τὰς τῶν δακτύλων ἐπαφήσεις σφαιρούμενον.* 18 humidum tantum f. *c* (*ut Simon s. oniscūte* humidum tamen f.).

fugientes ita ut se in spaerulas plicando convertant — in oleo coques et auribus infundes, et super vaporabis marsupio id est sacculo torrido sale repleto, et iterum tepefactum medicamentum infundes, et lana munda ac molli ipsas cavernas blande obtrudes.

aliud tumoribus conveniens. adipis anserini aut gallinacei partes II, olei amygdalini ex amaris amygdalis expressi partem I in uno commiscebis et tepefactum instillabis, praevaporatis partibus spongiis calidissimis ex aqua calida expressis atque alterna mutatione appositis. et postquam stillaveris, iterum super competenter vaporabis et molli lana sicuti supra diximus patientia loca tutabis. | *finitur p. 205*
[oportet aegrotum inani masticatione os commovere et sic **suppl. IV* medicamentum in auribus accipere.

item aliud dia tessaron appellatum faciens ad tumores aurium, quos Graeci flegmones vocant: mel optimum, ysopi attici sucum, nardinum unguentum et amygdalinum pari pondere. uteris sicut supra. si vero incendiosus fuerit doloris sensus, et magis tempore aestatis et in aetate ferventi, acetum rosaceo admixtum infundes.

1 sperulas (perulas *c*) *gcp (Sim.)*. plicando *g et Sim.* (politando *c*, aplicando *p*). 2 coq̧ *g*. marsupio *g*: marsuppis *p*, marsippia *c* (marsipū *ex Cassio memorat Sim.)*. 3 et iterum ipso saco (*sic*, *om.* tep.) med. inf. *c*. 7 adipē *g*, —pes *c*. 9 commisces *gcp*. 10 ex *cp*: et *g*. 11 calida — postquam *in textu om. sed in inf. margine supplet g, notata signo* ⁓). 12 stillaver̄ *g* (—veris *cp*). 13 sicut (sicuti *c*) — tubabis (*sic p*, *ut semper*, mutabis *c*) *cp*: sic supra ipsas cavernas blande obtrudes *g (qui eadem etiam quae supra verba errore respiciens scripsit)*. *deest in g finis cap. cum initio sequentis.* 14 (oportet) autem *add. p*. masticatione: manifestatione *c*, mastificatione *p*. ιos movere *(sic) p*. 16 diatesaron *cp*. appellatum *om. p*. tumores: —rem *cp*. 17 quod (q̧) *cp*. flegmona *c*, fleimonas *p*. mel *c*: vel (l') *p*. optimum *p*: aptum *c*. 18 atici *cp*. nardini . . . amigdalini *p*. 19 paripondere *c*: paria pondera (—ris *ante ips. corr.*) *p*. 21 etate *p*: estate *c*. acetum (—to *c*) rosaceo amixtum (amirto *c*) *cp*.

aliud ad tinnitus et ad obtrusiones, quas Graeci enfraxis vocant, et ad difficiles auditus et ad initia surditatis. nitrum et afronitrum aequali modo commiscebis et cum aceto acri et oleo veteri tepefactis infundes.

item ad vermiculos aurium forinsecus educendos. centauriae viridis aut marrubii aut absinthii viridis sucus infusus excludit vermiculos.

ad sordes aurium. nitrum aceto resolutum cum calida aqua per auliscum oticum inicies et deterges et sic iterum instillabis.

ad aures saniola fluentes et humecta quoque universa trociscus Herae appellatus. recipit autem murrae croci ʒ singulas, aluminis scissi ʒ XII. colliges et uteris aliquando ex aceto aliquando vino austero.

ad tinnitus aurium et difficiles auditus. oleum rafaninum cum aceto et nitro in uno commiscebis et fervefactis uteris.

aliud ad difficiles auditus et surditati conveniens. ellebori albi ʒ I, afronitri ʒ IS, castorei ℈ IS, aceti acrioris quod suffecerit.

1 et ad obtrusiones *p*: et obstrusiones (*om.* ad) *c*. ꝙ *c*, qs *p* (q̊s *p*c). 2 anfrosis *c*, ēf͠afī *p*. et *om. p*. et ad inicia surdita inicio nitri nitri et cofonitri *etc. c*. 3 afornitrum *(sic) p*. commisces *cp*. 4 acro *c*. et (*ante* oleo) *om. p*. 5 ꝑmiclos *(sic) c* (vermes *Petr.*). 6 Centauree *cp* (—rie *Petr.*). aut marubii *(p et Petr.) om. c*. 7 infusos excludunt *p*. 9 paulıscū octıcū *p*, parauliscū octicū *c*. et deterges *om. c*. 11 saniolam *c*, saniem *p*. q̄ʒ *cp*. universa *c*: *om. p*. 12 here *p*, (Trocisci) uere *c*. ℞ (aūt *add. c*) mirte (m̊re *p*) *cp* (myrrae = *σμύϱνης legendum esse collatus Galenus docet XII, 610. 628 sqq.*). 13 ʒ singulas *c*: an̄ . ℥ . I . *p*. ʒ VII *c*, ℥ XII *p*. colligi (—gᷓ = gitur *p*c) vino austino (—trino). vel aceto. et uteris *p*, colligis vino austero (er *in ras.*) et uteris aliquando ex aceto aliquando vino austero *c*. 16 *(et p)* in uno (cō — *c*) misces *cp*. 18 et surditati *om. c*. 19 ℥ I . S . *p*: II ʒ | *(in fine versus) c*. 20 acenoris *(sic)* q. s. *c*. sufficit *c*, suffic̆it (cerit) *p*.

ad difficiles auditus ex aegritudine natos. leporis fel et lac mulieris et mel optimum, omnia tria in uno consolves et tepefacta instillabis.

aliud dia tessaron appellatum, id est de quattuor, adversus tumores et dolores et ulcerationi conveniens. resinae terebintinae, butyri, adipis gallinacei, olei amygdalini, omnium quattuor paria pondera in uno consolves et uteris.

alia auricularis sive ut Graeci otice adversus dolores et ulcera et veteres aurium passiones. recipit opii, castorei, aloes ʒ singulas, croci ʒ II, murrae, lycii indici ʒ singulas semis. bene conteres et melle colliges, et in usu accipies ex ipso medicamento modicum resolutum passo. ex oleo rosaceo stillabis et lana muricea vel purpurea loca tutabis. aliqui lacte resolvunt muliebri. ad difficiles vero auditus et tinnitus multi temporis cum aceto salito infundes, quod Graeci oxalmen vocant. et cum oleo rafanino et aceto uteris.

XXVIIII. Ad oculorum passiones.

Hippocrates in aforismis sic ait: oculorum passiones

2 et *(bis) om. p.* omnia tria *c*: hec ita *p.* unū *c,* uno *p.* 3 tepefactis stillabis *cp.* 4 i. de IIII. *(sic) c*: *om. p.* adversus *c*: ad *p.* 5 resina terebentina. butirum. adipē gallinaciū . oleū amigdalinū *c.* 7 om̄ı quatuor *c*: *om. p.* uno *cp.* 8 aliud auriculare *p.* ut greci *p*: grece (*om.* ut) *c.* oticen (otıcē, *sed ante corr.* otoc̄ *p*) *cp.* adversus *c*: ad *p.* 9 recipit: ℞ *cp.* opii *(cf. Gal.* XII, 626 *sqq.)*: apii *p, om. c.* 10 aloes *c*: aloe (*ante corr.* aloen) *p.* 11 ʒ singulas semis | lenius et melle colligis *(sic mediis om.) c.* ʒ singulas *c*: aū . ʒ I. *p.* c̆c̆ . ʒ . II . ṁrei alitii. indicii *(cf. Gal.* XII, 636 *etc.).* an̄ . ʒ I . S . bene conteres . et melle colligis *p.* 12 usum *c.* ex: et *cp.* 13 roseo *c.* muricea?: marina (maria̅ *p*) *cp.* de purpura *c*, aut purpuria *p.* 14 tutabis: tudabis *c*, tubabis *p* (*cf. Gal.* XII, 632 *ἐπὶ δὲ τῆς χρήσεως μετὰ ῥοδίνου ἔνσταζε καὶ κροκύδα ἐντίθει πορφυρᾶν*). resolvunt muliebri *c*: mulieris resolvunt *p.* 16 sallito *p.* greci *c*: *om. p* oxalmē *p*: examel *c.* 18 *tit.* De doloribus oculorum *p* (Ad oculorum dolorem *ind. p*). 19 ypocrates *cp* *(Hipp.* III, 753 *Lips.).* amforismis *c.*

meracae potiones aut lavacrum aut vaporatio aut flebotomia aut catharticum datum quod farmacian appellant solvit. sed omnia haec quinque secundum expositionem Magni iatrosophistae supra memoratus senior Hippocrates cum discretione adhibere praecepit, et si fuerit dolor ex plenitudine sanguinis, flebotomia aut cathartico detractione facta curare, sin vero ex siccitate fuerit dolor, lavacro et vaporatione humectatos sanare, sin vero ex perfrictione et humectatione fuerit dolor, meraca potione calefactos mederi. vinum namque calefacit et desiccat. secundum varia tempora passionum omnia adhiberi praecepta sunt. in ipsis initiis abstinentiam cibi vel ieiunium oportet imperare, in augmento vero tertia vel quarta die flebotomia vel cathartico operari, declinatione vero facta, lavacro uti. haec sunt quae secundum aforismos id est definitionis eloquentiam oculorum doloribus posita esse noscuntur.

nunc vero qualiter proprie ipsis oculis passiones contingant scribamus. aliquando cum ingenti fervore dolores efficiuntur, aliquando cum perfrictione et torpore sensus,]

1 merate passiones *c*, meri potiones *p*. lava♃ *c*, lavacri *p*. aut — solvet *(sic) c*: aut farmatia solvit *(cet. om) p*. 2 farmaciā *c*. 3 V. *cp*. 4 magni hyatro sophiste *c*, magni (mag̃) hiatus sophiste *p*. supra *om. c*. memorato *c*. hypoc̄ *c*, ypocras *p*. 5 cum *om. c*. adhiberi *c* (—re *p*). ut si *cp*. 7 detractatione *p*. factam *c*. Sin *c*: Si *p*. ex *om. cp*. 8 humectatis *c*. Sin *c*: Si *p*. 9 perfricatione *cp* (i. frigore *add. p, non c*). meraca *c* (menta *Petr. c. 19*): meri *p*. 10 vinum — adhiberi *p*: *om. c*. namque: nāʒ *p*. 12 abstinentia *c*. vel ieiunium *c*: *om. p*. 13 flebotomiam *p*. 14 vel *c*: aut *p*. catartıc̄a *(sic) p*, —cum *c*. operari *p*: —re *c*. in decl. *p* (in *om. c*). facta *om. p*. 15 diffinitionis *p*. 16 nascuntur *cp*. 18 passionis contingat *c*, passiones contingunt *p*. 19 Aliquando *etc.* (*nisi quod* perfricatione et corpore) *c*: Dolores efficiuntur (*hic corr. marg.* aliquando) cum ingenti fervere *(sic)*. aliquando cum fricatione et torpore.

quem Graeci narcen tes esteseos vocant, aliquando cum tumore et aliquando sine tumore, aliquando cum largo reumatis incursu et aliquando cum gravedine et dolore, aliquando autem praeter ipsa. *inc. p. 206*

in curationibus vero si modicum fervida fuerit oculorum perturbatio, posca tepida fomentabis. si vero ex perfrictione fuerit perturbatio, penicillis prius calidis ex vino mixto albo alterna mutatione vaporabis. sin vero maior fuerit dolor cnm ingenti tumore et gravedine, et si in fronte plenae ac distentae apparuerint venae, detractio sanguinis per flebotomiam fieri oportet, si tamen alii humores non impedierint augmento facto per aliquam obtrusionem interioris membri. quod si hoc contigerit, cathartico dato ventrem purgabis. utendum etiam in ipsis oculis liquidis infusionibus ex faeni graeci suco lenius confectis. bene autem fit si faenum graecum aqua dulci primo lavetur, ut terrosa careat qualitate. et postquam fuerit lotum modicum coques, ut omnem acredinem ex se dimittat, et secunda aqua iterum coques defusa priori. et cum videris sucum venire in similitudinem vini, liqua-

1 *Hic cum initio p. 206 rursus incipit g, sic (rubr.)* Ad oculorum dol. Oculorum dolor est quem greci narcodus esteseos vocant. et fit aliquando cum tumore *etc.* quem: q (quod) *cp.* ńcodoſestesseos *p*, narcodes estefeos *c*. 2 et *c*: *om. gp*. 3 reumatis incursu *c*: reumatismi cursu *g*, reumatisimi vel (l') cursu sensu *(sic) p* (reumatismum *recepit etiam Petr.)*. et *gc*: *om. p*. 4 autem *g*: *om. cp*. ipsam *p*. 5 modicum fervida: modica ĩfervida *c*, modica et f. *gp*. 6 tepida *gc*: fẽtida *p* (*sed in marg. idem* ∴ frigida credo!). 7 perfrictione *gc*: —catione *p*. 8 Sin *gc*: Si *p*. 10 appuer̄ *(sic) g* (apparuerint *cp*). detractione *cp*. 13 contiger̄ *g* (—rit *cp*). 14 in *addidi*. ipsis oculis (*om.* in) *gc*: ad oculos *p*. 15 levius *c*. 16 fenigrecum *(sic g,* fenu— *p)* aqua *gp*, fenug' cū aliqua *c*. 17 ut — qualitate *g* (cū cerosā careat calitatē *c*): ut omnino terra careat *p*. 18 (*et* 19) coq̄ *g* (coques *c*, coq̄s *p*). 19 dimittat *gc*: deponat *p*. priori: *sic gcp*. 20 vider̄ *g* (—ris *cp*).

bis et uteris. etenim tumores digerit et sordida quaeque depurgat et humorem asperum lenificat. utile est etiam et ovi album et tenue tepefactum iugiter infundere, et lac muliebre. est namque bonus humor lac quod Graeci euchymon vocant, ⟨et⟩ valet e contrario acredinem mali humoris obdulcare: sic omnia contraria contrariis sibi rebus curantur. sed oportet primo sine ulla oppressione egestiones sive pituitas oculorum, quas Graeci lemas vocant, molli penicillo detrahere ex aqua calida expresso et diligenter vaporare. et si cum omnibus fuerit capitis gravedo, cucurbitam occipitio praeraso figens addita scarifatione competentem sanguinem detrahes.

cataplasma faciens ad tumorem oculorum et chemosis et proptosis. appellatur autem chemosis quotiens in ipsa ceratoide tunica apparuerit rubicundus et carnosus tumor, proptosis vero est oculorum ex nimio tumore prominens casus, ut etiam difficile palpebris contegantur. recipit autem castorei et croci dr̄ singulas, opii obolum unum aut ; II, ovorum assorum vitella V, panis mundi micarum ℒ III. cum dulcore et modico rosaceo colliges et cataplasmabis.

1 diger̄ (—rit *cp*) . . . depurgant (—gat *cp*) . . . lenific̄ (—cat *cp*) *g*. 3 infund̄ *g* (—dere *cp*). 4 muliebre (vel asine *add. corr. marg. p*). bonus humor (*sic, cf. Sim.*) *gc* (et lac m. quod boni humoris est quod Gr. *etc.*) *p*. 5 euximon *g*, eupinō *c*, euximo *p*. et *addidi*. 6 Sic omnia *g*: Sic enim omnia *c*, Sicut enim omnia *p*. 8 lemas *g*: lenas *c*, lēnas *p* (*cf. Simon Jan. s.* lēma, lemi, lēnas). 10 sicū om̄⟨is⟩ *g* (si cum omnibus *cp*). 11 occipito *g*. figens: figes *gp*, fige *c*. et addita *p*. scarifacione *g*: —ficatione *cp*. 13 fac̄ *g*: facies *cp*. tumorem *g*: —res *cp*. chemosis *g*: temosis *c*, themosin *p*. 14 propthosis *g*, prothosis *c*, protosin *p*. chemosis *gp*, themosis *c*. 15 cerato id̄ unica (= ceratoidestunica) *g*, cerato .i. tunica *c* (chemosciserato i. tunica appar. *p*). 16 Propthosis *g*, prothosis *c*, protosis *p*. 17 difficulter *c*. Rec̄ autem *g*: ℞ hec *c*, ℞ *p*. 18 castorei c̄c̄ an̄. ʒ I *p*. 20 L III *g*: ʒ III *cp*. colliḡ *g* (—ge *c*, —gis *p*).

utendum etiam et fomento ex decoctione meliloti et rosae siccae: partes singulas mittes et faeni graeci dimidiam partem, decoques in aqua et fomentabis. facit ad reumatismum et ad minorem lippitudinem. aliquando ex ipsa calida penicillo expresso vaporabis.

nec non etiam et collyrio libiano uteris. facit ad tumorem oculorum et chemosis et proptosis, et minutis vesiculis, et sordida ulcera bene purgat et concava supplet aquatius infusum. convenit et doloribus et superadustionibus et diruptionibus et stafylomatibus. bothria etiam ulcera id est fossulas et hypopyos oculos sanat. ulcera etiam difficile in cicatricem venientia, quae dysapulota vocant, optime in cicatricem ducit, et minores cicatrices cum aqua inunctum detergit. et facit aliquando cum ovo et lacte, aliquando cum ovo et faeni graeci suco, aliquando cum aqua ut supra diximus inunguitur. recipit autem cadmiae combustae et lotae, cerussae tritae et in testa nova assatae et diligenter lotae dr̄ octonas, amyli

1 fomentū *g* (—tum *c*, —to *p*). 2 mittes *gcp*. 3 decoq̄ *g* (—ques *cp*). 6 libiano *gc*, libano *p*. 7 tumores *cp*. chemosis *gc*: —sin *p*. proptosis *g* (prothosis *c*): protosin *p*. 8 vessiculis *g*. purḡ *g*. suppleta. q̊tius *(sic) g* (suplet aquacius *c*, suplet q̊ciíś *p*). 10 Botria *gcp*. *cf. Simon Jan. s.* botrion *et s.* ulcus. 11 hi(y)popios *g(p)*, ippopios *c* (ὑποπύους ὀφθαλμούς *Gal.* XII, 758). 12 desapiolita *g*, dis(s *p*)apolita *cp* (δυσαπούλωτα). 14 deterget *gc*, —ges *p* (—ḡ p^c). aliquando — (15) lacte *(cp) om. g*. 16 inunguitur *c*, —gitūr *gp*. inungitur . S . rec̄ . aū . *(sic) g* (℞ autem *c*). *sic autem p*: ℞ collirium libanum quod reperitur. Idem reperitur infra hoc eodem capitulo infra hoc eodem capitulo *(iterata linea subducta delevit corr.)* libanum cat⟨hmie⟩ combuste et lote . ceruse trite et in testa nova *etc. (cum aliis notulis duobus ad v.* cadmie *et* ceruse*). ceterum hoc idem Libianum (Livianum) graece legitur apud Galenum XII, 762.* 17 *accusativos (specierum) habet g (non cp)*: cāmıā . . . cerussam . . . amilıū *(sic)* recens. stibeum . . . plumbum *etc.* 18 dr̄ VIII. *g*, dr̄ ortenas *(sic) c*, an̄. ʒ VIII *p*.

recentis, stibeos combusti dr̄ senas, plumbi combusti et loti, pomfolygis lotae, draganti, ges asteros tritae assatae et lotae, cummi candidi, omnium specierum quinque dr̄ quaternas, murrae bonae, opii dr̄ singulas. aqua imbrili id est caelesti colligitur.

collyrium apocrusticum Hermolaou staticon appellatum faciens inter initia ad reumata repellenda et desiccanda et ad alia multa. cadmiae crudae et lotae, murrae, aloes, croci, omnium IIII dr̄ octonas, aeris usti et opii dr̄ qua-
p. 207 ternas, | acaciae rufae et cummi dr̄ vicenas, aquae caelestis quod suffecerit.

collyrium dia rodon de septuaginta duabus, quod Graeci diebdomecontadyo appellant, si quidem in ponderibus ut supra dictum est sive in rosa seu in aliis speciebus LXX et II drachmis concludatur. facit ad xer-

1 stibeos: stibeum *g*, iscubii *c*, ītube *p*. dr̄ senas *g* *(om. c)*, an̄. ÷ VI *p*. 2 pōfolıga lota *g*, pāpoligi lote *c*, pōpolige lote *p*. dragantū. gesasterā (Geres tere *c*, gess astere *p*) tritā *etc. g*. ges asteros: *i. e. terrae samiae cf. Diosc.* 5, 171. 3 lotam. ʒ√. cuminum . . . *sic g (signum illud om. cp)*. cummi: cuminum *g*, cimini *p*, Cirū *(sic) c*. o. sp. quinque *c*, V *g (om. p)*. drḡ — quaternas *g (om. c)*: an̄. ʒ IIII. *p*. 4 Myrrę *g*, Mirre *p*. drḡ (dr̄ *c*) singulas *gc*: an̄. ʒ I. *p*. imbrili (umbrili *p*): *cf.* ὕδωϱ ὄμβϱιον *Gal.* 5 i. cęlesti (*g et corrupte c, ubi* ī bribile cede fucolli colligitur) *om. p*. 6 apocrusticum hermolaon staticon *(sic) gc* (h̄emola honstaticō *p*). *habet Aetius 7, 102.* 7 ad int inicia *gc* *(om. p)*. *cf.* πϱὸς ἀϱχὰς *Gal.* reuma *gcp*. 8 Cāmia *etc. g (genit. habent cp)*. Myrra *g*, mirre *p*, mirte *c*. aloen *(sic) gcp*. 9 omnium IIII *g*: *om. cp*. drḡ (dr̄ *c*) octe(o *g*°)nas *gc*, an̄. ʒ VIII. *p*. esustum . et opium *g (genit. cp)*. an̄ . ʒ IIII. *p*. 10 Agacię *g*, Acatie *cp*. cumini *g*, cimini *p* (erui *c*). bicenas *g* (an̄ . ʒ . XX. *p*). aqua celesti *gc* (aque celestis *p*). 11 sufficit *c (cf. c. 28)*. 12 *cf.* διὰ ϱόδων *Galeni XII, 767 et Aetii 7, 108.* duabus *cp*: II. *g*. quod: quas *gcp*. 13 diebtomę c̄tadio *g*, die|epdonie cantadio *c*, die hedome contadio *p*. si quidem sive i. p. *gp*, siquidem pacietur i. p. *c* (sive *omisi*). imponderibus *(sic) g*. 15 septuaginta et duobus *c*, s. duabus *p*. dragmis *cp*, drḡ *g*. ad exero obtalmia *g*, ad exoro optalinam *c*, ad obtalmias *p*.

opthalmiam id est siccam lippitudinem et ad pruritum maiorum angulorum, etiam et cicatrices blande detergit. recipit autem cadmiae crudae et cummi dr̄ quaternas, croci dr̄ VI, murrae et spicae indicae dr̄ quaternas, stibeos et opii dr̄ quaternas, rosae viridis foliorum dr̄ LXXII. aqua imbrili colligitur.

collyrium dia libanu faciens ad supplenda in oculis ulcera concava. recipit turis masculi et cadmiae dr̄ quaternas, opii dr̄ VI, draganti dr̄ II, cummi dr̄ octo, aquae imbrilis quod suffecerit.

aliqui vero in hac collyrii confectione colorem album affectantes cerussam minime comburunt, ignorantes quia si igne caruerit, lanuginositatem quam in se detinet habens, sordidat ulcera potius quam depurget.

collyrium Zoili nardinum a Graecis appellatum, conveniens vetustissimis oculorum passionibus. facit ad reuma tenue diuturni temporis et debilitatem oculorum mirifice confortat. recipit cadmiae botryitidis lotae et aeris usti

2 deterget *g* (—gat *c*, —g̅t *p*). 3 Rec̄ *g* (℞ *cp*). autem *gc*: *om. p.* cadmiam . . . ciminū *(sic* cimini *p*, etemi *c)* . . . croci . . . mirra . . . spica . . . stibeos et opiū . . . rosę *g (genitivos semper habent cp).* dr̄g̅ (*sic g*, dr̄ *c*, *ut supra 52, 9. 10 et in v. seqq.*) quaternas *gc*: an̄. ʒ VIII. *p.* 5 dr̄g̅ IIII *(pro* ternas IIII, *ut supra v. 4)* *g*, dr̄ quaternas *c*: an̄ ʒ. IIII *p.* 6 umbrili *(item infra semper) p.* 7 dia(o *cp*)libanum *gcp* (*cf. Gal.* XII, 770). in oculi *sic g* (—lis *cp*). 8 rec̄ *g*, ℞ *cp.* turis . . . cadmia . . . opiū . . . draganti . . . cuminū *g.* dr̄ quaternas c, dr̄g̅ IIII. *g*: an̄. ʒ IIII *p.* 9 cummi: cuminū *g*, c̄mini *c*, cimini *p.* octo *g*, VIII *c*, III *(sic) p.* aqua im(n *c*)brili *ge* (aque umbrıl' *p*). 10 suffecerit *p*: suffic̄ *gc.* 11 hac *gp*: huius *c (sed cf. supra p. 51, 17).* colorem *etc. cf. Gal. XIII,* 409. 12 minute commiscent *p* (minime cōmırıūt *sic c*). 13 caruerit *cp*, —runt *g.* d. nō|habens *c.* 14 s. potius ulcera *cp.* depurget *(sic) g(cp).* 15 *cf. Zoili coll. ap. Gal. XII, 771.* appellatur *(sic) gcp.* 16 reumam tenuem *g.* 18 Rec̄ *g*, ℞ *cp (et sic semper).* cadmiam botriden (botriten *c*, —te *p cf. Gal.* XII, 220). lotę et exustum (eris usti *cp*) lotum dr̄g̅. *g.*

loti dr̄ denas senas, cummi albi, acaciae, stibeos dr̄ quadragenas, murrae, croci folii, castorii, opii, chalciteos semiassae dr̄ binas, aloes et spicae indicae dr̄ singulas, cerussae torrefactae et lotae dr̄ VIII, aquae imbrilis quod suffecerit.

cataplasma conveniens oculis ulceratis et tumentibus et proptosi periclitantibus et iugiter dolentibus. melilotum atticum tunsum et in passo coctum teres diligenter et supermittes ovi assi vitellum I et acaciae nigellae modicum, et cataplasmabis leviter. aliqui et opium.

anacollema ad reuma. crocomagma, opium, rosam siccam, acaciam ex aequali modo acri aceto teres. cum inpinguaverit, inlines frontem.

collyrium cycnos a Graecis appellatum. facit ad ulcera universa et bothrion dolores etiam mitigat et hypopya sanat. recipit cadmiae combustae et lotae dr̄ XXXII, cerussae combustae et lotae dr̄ XVI, amyli recentis, opii, draganti, omnium trium dr̄ octonas, acaciae suci et cummi dr̄ quaternas, aquae imbrilis quod suffecerit.

1 an̄. ʒ. LX. *p*. cummi: cimini *gp*, comini *c*. acacia *g*. an̄. ʒ. XL. *p* (quaternas *c*). 2 mirrę. crocū (cc̄ *cp*). castoreū (—rii *c*, —rei *p*). foliū (—ii *cp*, *cf. Gal.*). opiū (—ii *cp*). calciten *g*. 3 an̄. ʒ II. dr̄ singulas *c*: *om. g*, an̄. ʒ. I. *p*. 4 aqua (atque *p*) imbrili *gc*. 5 suffecerit *gp*: sufficit *c*. *sequitur in p(c)* Confectio collirii libani prima et simplicissima. catmie combuste (et *c*) lote. ci(o *c*)mini ambarum specierum dr̄ quinas (an̄. ʒ. V *p*). ges astereos torrefacte et lote dr̄. VI. ceruse torrefacte et lote. stibeos combusti (et *c*) loti dr̄. quaternas (an̄. ʒ. IIII. *p*). opii (ʒ. *p*) I. aqua(e *p*) i(u *p*)mbrili(s *p*) quod sufficit. *cf. supra not. cod. p ad p. 51, 16.* 7 proptosis *g*, prothosi *cp*. 9 acacia nigella *p*. 11 anacolima *c*, ana colli ema *(sic) p*. crocum (—co *c*) magma *g*. rosa sicca. acacia *g*. 12 acro *g*. 13 inpinguaver̄ *g* (—verit *c*). 14 cygnos *g* (cignos *c*, cīgues *p*) *cf.* κύκνος *Gal.* XII, 759. 15 botrion *g* (*p*[c], *om. c*) = βοθρίων. hipopia *g* (ippopia *c*, ypopia *p*, ὑπόπυα *Gal.*). 17 amili *gcp*. 18 tracanti *c*. dr̄ octenas *c*, dr̄g VIII *g*: an̄. ʒ. VIII (*om.* omnium trium) *p*. cimini *gp*, cumī *c*. 19 an̄ ʒ IIII. aqua (aque *cp*) imq(*c*, umbril' *p*). sufficit (suffic̄) *gcp*.

Ad trachomata id est asperitates palpebrarum et ad sycosin, quam nos ficitatem dicimus, siquidem similis granis fici in palpebris versatis asperitas reperiatur. in curationibus vero pumice aut osso sepiae molli hoc est detracto cortice, et diligenter formato versatoque palpebro, easdem asperitates sufficienter fricabis donec sanguinentur, tunc penicillo posca frigida expresso diligenter deterges vel desiccabis. post haec et collyrio trachomatico uteris, quod appellant paedicon id est puerile, siquidem et infantibus conveniat. ad reumata et trachomata bene facit, si cum aqua resolves et crassius sub palpebro inungues sive sub ciliis, quod Graeci ex hypoboles vocant. miraberis hoc factum. recipit autem cadmiae purgatae dr̄ XXIIII, chalciteos combustae donec rubea efficiatur dr̄ XII, opii et aeris usti dr̄ IIII, cummi dr̄ X, aquae caelestis quod suffecerit.

ad eos quibus calx viva in oculis ceciderit. quoniam si aqua foveas magis incenduntur, ideo oleum rosaceum cum ovi albo et tenui commiscebis et oculis iugiter infundes. dehinc post unum vel duos | dies libiano collyrio, *p. 208*

1 tracomata *(sic) gc* (draconata *p*). 2 ficitatem *g*: sicitatem *c*, siccitatem *p*. 3 fici *gp*: sici *c*. reperiatur *gc*: —ritur *p*. 4 pomice *g*. osso *gc*: osse *p*. 5 palpebro *gp* (versatisque celebris palpebris *c*). 6 sanguinetur *cp*. 9 pedicon *gc* (pēdicō *p*). *cf.* παιδικὸν *al. ap. Gal.* XII, 770. puerilem *gc* (—le *p*). 10 conveniat *gc*: —nit *p*. reuma *gcp*. 11 resolvis *gp (om. c)*. palpebro *g*, —bris *c*, —bra *p*. inungues sive subcilies *c*: inunge assiduę subcilies *g*, inungas sive(sıū) subtiles *p*. 12 quod *cp*: quos *g*. exhipoboles *g*, ex p̄o bolos *c*, exipobolos *p*. mirab̄ *g* (mirabil' *p*). *item infra p. 56, 2.* 13 cadmiam purgatam *g*. 14 calciten cōbustū *g*, calcideos cū usu *c*, calcitē cōbusti *p*. rubea *c*: rubeum *g*, subrubeum *p*. 15 opium et esustum *g*. ciminum *g*, cumini *c*, cimini *p*. aqua cęlesti *g*. 16 suffecer̄ *g*, suffic̄ *c*, sufficit *p*. 17 in oculis *gcp*. quoniam si . . . Ideoque oleum *gcp* (*omisi* que). 19 albumine *c*. tenue *gc* (—i *p*). commisces *gcp*. infund̄ *g*.

si forte aliquid laesum erit, in cicatricem duces, et miraberis hoc facto.

collyrium dia leucoiu appellatum, id est de viola, confectione facillima facit ad albores et cicatrices extenuandas. recipit violae hortinae florum viridium, cummi albi dr̄ octonas, ammoniaci dr̄ IIII. teres cummi, et ammoniacum prae manibus habebis, tunc flores virides pensabis et teres diligenter, et supermittes supradictas species, et iterum simul teres ut sibi bene counentur, et facies collyria. in usu autem ad minores cicatrices admixto libiano inungues.

collyrium dia ceratos elafiu appellatum, id est de cornu cervino, ad albores et cicatrices extenuandas. recipit cornu cervini combusti et loti ꝛ I, aeruginis ꝛ I, ammoniaci ꝛ I, sepiarum testae mollis detracto cortice ꝛ II, plumbi mundissimi ꝛ VI, opii ꝛ III, murrae ꝛ IIII, cummi dr̄ IIII. vino veteri optimo colligitur.

xerocollyrium acuens visum, quod Graeci oxydercicon vocant. facit et ad amblyopiam id est obtunsionem visus et ad xeropthalmiam id est siccam lippitudinem, et

1 leser̄ *g*, leserit *c*, lesit *p*. ducͨ *g*, —cis *p* (dulc̄ *c*). mirab̄ *g* (mirabeīs *c*, mirabil' *p*). 2 facto: factum (fc̄tm *c*) *gcp*. 3 dialeuco | hiu (hia *corr.*) *g*, dialeuco hui *c*, dialēto hiu | *p*. violę *g*, viole *c*, viol' *p*. 4 facillime *g(cp)*. extenuand̄ *g* (—das *cp*). 5 rec̄ *g*, ℞ *cp*. ortinę *g*: ortice *cp*. flor̄ virid̄ *g* (—ris —dis *p*, —ris —de *c*). cimini *gp*, et cumini *c*. 6 drḡ VIII *g*, dr̄ octenas *c*: an̄. ʒ VIII *p*. amoniaci *gc* (armoniaci *p*). ciminum *gp*, et cumini *c*. 7 pensas *gcp*. 8 pre(p̄)dictas *c*. 9 cohunentur *g*: coadunantur *p* (ut bene commisceantur *c*). facis (fac̄ *c*) *gcp*. 10 inunges *gp* (unges *c*). 11 elafu: helafiu *g*, ellafui *c*, elephin̄ *p* (*de talibus cf. Gal.* XII, 762). 12 r̄ *g*, ℞ *cp*. 13 cornu cervinum (—ni *p*) *gcp*. 14 a(r *p*)moniaci *gc* (*sic semper*). a. dragma una *c*. teste mollis *c*: testa mollia *g*, testarum mollium *p*. 15 ꝛ III. *g*: *om. p*, dr̄ ʒ VI *c*. mirra *g* (mire *c*, mirre *p*). 16 cumi (*hic primum*) *g*: cimini *cp*. 17 oxidorcion *g*, exhdorcicon *c*, exidocicon *p*. 18 ambliopia *g*, āpliopiā *c*, ambliopica *p*. 19 xerotalmia *g*, yerotalmia *c*, serotalma *p*. i. (id est) *p*: ⁊ (et) *c*, *om. g*.

oculis lacrimosis, et pterygia mitiora et rubicunda attenuat. cadmiae crudae et lotae dr̄ XX, salis ammoniaci dr̄ X, aloes dr̄ II S, piperis albi, faecis vini ℥ quinas, sandaracae ℥ II, folii ℈ I S, nitri siliquas quattuor semis. tundes, cernes et diligenter teres usque ad ultimam lenitatem.

hygrocollyrium acuens obtusum visum. convenit maxime illis quibus suffusio imminere monstratur praeter dolorem capitis. sin vero ex antecedenti dolore totius capitis vel emicranii nata fuerit suffusio, omnino incurabilis nuntiatur. et nominatur talis suffusio platycoriasis id est dilatatio pupulae. ergo confectio medicamenti talis est. mellis attici, fellis beluae, radicum feniculi corticis suci, olei veteris paria pondera. si vero mel atticum non inveneris, stillaticium mittes et uteris.

fomentum oculis acuens visum, quod Graeci oxy-

1 ptorrigia *g*, ptorigi *c*, prorigiā *p*. mitiora *g*: minora *c*, mora *p*. adtenuat *g*. 2 Cadmia *g* (℞ cadmia *c*), camie (*corr.* catimie) *p*. 3 aloen *gc*, aloe *p*. Piper album *g*. feces *gc* (—cis *p*). an̄.ʒ V *p*. Sandaraca . . . foliū . . . nitrū. siliquas *g*. 4 foliū *g*: folii *p*, follei *c* (*cf. Gal. XII,* or *734* *φύλλον*). ℈.I.S. *gp*, scrip̄. I.S *c*. IIII semis *g*, IIII.S.*cp*. 7 Igro collirium *gcp*. 8 quibus fusio inminere *g*, quibus sus|usia minuere *c*, q. suffusio inminuere (*corr.* inminere) *p*. 9 antecedenti *gp* (Sin — capitis *om. c*). 10 emigranei *g* (—nii *cp*). 11 platic(g *p*)oriasis (—sin *c*) *gc*. 12 pabulę *g*, papule *c*, ″l′ pupille. ″papule *(ubi signa invertendi v. ordinis add. corr.) p (id est* papule vel pupille *ex gloss.)*. Ergo *gc*: *om. p*. 13 mel atticum *g*, mel aticum *c*, melatici (mel attici *corr.*) *p*. *item v. 14.* fel beluę(e) *g(c)*, fel belue i. mustele *(pr. m.) p*. *nimirum abesse videtur* beluae *nomen*, *cf. Med. Plin. (Rom.) I, 18. sed cf. Th. Prisc. I, 10 p. 12*[c] . . . obscuritates expellimus. hoc beluę fel mixtum melli facit. hoc succus rutae *etc.* radicem *g*, —cum *c*, —c̄ *p* (*cf. Gal.* XII, 738 *μαράθρου χυλοῦ τῆς ῥίζης*). sucum *g*, sucus *c*, suci *p*. 14 olei veteris *cp*. paria pondera *gcp*. 15 stillaticum *gc*, stillatī *p*. mittis *gcp*. 16 oculis (ocul′ *c*) *gc*, ad oculos *p*. oxidorcion *g*, oxidericon *c*, oxidoricon *p*.

dercicon vocant. feniculi hortini radicis et centauriae partes binas, faeni graeci et meliloti partes singulas decoques et uteris.

anacollema ad reuma. acaciam nigellam teres et cernes, dehinc in usu cum ovi albo et tenui conteres et cum acri aceto temporibus oblinies. hieme vero addes murrae et mannae turis modicum et uteris sicut supra.

tricocollema capillis oculorum ligandis. picis siccae, cerae, mastices, resinae frixae, omnium IIII paria pondera in uno consolves ad vaporem et facies collyria oblonga.

ad hyposfagmata id est suffusionem sanguinis ex antecedenti percussu in oculis factam. convenit inter ipsa initia aqua salsa diligenter confecta ex infusione salis candidi. tenui linteolo subiecta lana vel moto tilto ligabis. novit enim talis suffusionis sanguinem ex percussu spargere.

aliud ad tumores et dolores et spargendum sanguinem. ovi album et tenue in ampulla minore adicies et super stillabis columbinum sufficientem sanguinem ex vena sub ala incisa, et commixtis ac leviter tepefactis infundes.

1 ortini *gp (om. c)*. radices *gc*, rad' *p*. centaureę(e) *gcp*. 4 anacollema *g* (—colema *cp*). acacia nigella *gc*. teris *gcp*. 5 in usum *gcp*. cum ovi albumine cont. *c*. conteris *g* (—res *cp*). et *p*: aut (aū *g*) *gc*. 6 oblinies *gc* (—nes *p*). 8 Trico collima *g*(*c*), t¹ (tri)|collima *p* (*et in marg.* Intelligo depilatorium cum siserepios in circa instanti cum colofonio *i. e. in libro Platearii* Circa instans *appellato*). pice sicca cera. masticę (—ce *c*, —c̄ *p*). resina frixa *g*. 10 uno *g*, unū *c*, vino *p*. fac̄ *gcp*. 11 hiposfaumata *g*, hiposcrumata *c*, yposfauāta *p*. 12 percussura *p*. 14 vel moto tilto ligabis (*cf. c. 19. 22*): et molli ligabis *(sic) gcp*. 15 talis suffusio sanguinis ex p. sp. *g*, talis suffusio ex p. sanguinem sp. *c*, talem infusionem sanguinis ex percussura sp. *p*. 17 tumor̄ et dot *g* (—res *cp*). 18 alb̄ et ten̄ *g*. adicies *gp*, adicis *c*. 19 columbinum *g*: columbi *cp*. suffic̄ *g* (—cientem *cp*). 20 tepefā *g* (—factis *cp*). infund̄ *g* (—des *cp*).

similiter facit singulariter et ovi columbini album et tenue in oculis infusum.

collyrium superinunctorium quod Graeci yperenchriston vocant. facit ad hypopia id est livores palpebrarum. | [cicutae herbae suci dr̄ VII, acaciae dr̄ VI, croci dr̄ II, absinthii suci et murrae dr̄ singulas, opii scrīp. II, cummi dr̄ IIII, aquae quod suffecerit. *finitur p. 208 *suppl. V.*

XXX. Ad fluxum sanguinis ex naribus.

Sanguinis vero fluor parva destillatione per nares

1 sıngł *g* (singulariter *cp*). columƀ *g* (—bini *p*, —binacii *c*). 2 oculis *gcp*. 3 superinunctor̄ *gc* (—riū *p*). quē *g* (ꝙ *cp*). ypere christon *g*, hypere(i *p*)criston *c(p)*. 4 fac̄ *gc* (faciens *p*). ipopia *gp* (ipā *c*). *hic finitur textus simulque qualis per se olim fuit codicis Sangallensis (g) folium ultimum in ultima pag. (208) usu detritum, vacuo quidem relicto non nisi trium unius ultimae lineae quartarum spatio. sequuntur duo folia (p. 209—12) formae paulo maioris ab ipso Cassii codice non minus aliena quam qui ante Cassium (s. XI) nunc habetur compactus Sulpicius Severus et forma et aetate maior (s. IX). post* palpebrarum *sequuntur in Cantabrigiano quae a Cassio videntur aliena esse sine interpunctione haec:* cicute . . . sufficit *(huc usque etiam in Parisino).* Ad oculorum sanguinem. sucum rute cimini pulverem albumen ovi tempera et superpone ad idem masticen fenugreci rose sicce cimarum rubi licii equalia pondera distempera cum aqua de rosa fac magdaliones et sicca sub umbra postea tere et ipa (ipopia) cum pulvere pel'e. Iterum guttis cerne tempera cum melle et oleo et superpone. Ad oculorum maculis stercus corvi aut fel miscum cum melle et sine fumo et in oculis superpositum maculas citius sanat. Ad oculos qui non vident pullos hyrundinis cum acu ciprina (cıpna) in nidum suis cecabis signabisque eos ut cognoscas et post quatuor dies cum viderint | *(f. 71)* precidas eorum capita cum fici cultello quem repones in ficu capita vero incedis et pulvere facto in oculis stillabis protinus visum restituit. *(Seq. cap. 30.)* 5 c̄c̄ *c*, c̃e (*i. e.* cere *pro* c̃c = croci) *p*. 6 mire *cp*. an̄. ʒ I. *p*. opii ℈. I *(sic) p*. cimini *p*, cımı̑ *c*. 7 aqua *c*. suffic̄ *cp*. 8 ex naribus *c*: *om p* (Ad narium sanguinis fluxum *ind. p*). 9 distillatione *c (Petr.)*: destinationem *p*.

factus si forte in aegritudine acuta id est celeri motu nata contigerit III. vel IIII. die, pessimam aegritudinem et prolixam ostendit, quam Graeci macronosian vocant, aliquando vero et freneticam passionem denuntiat. si vero in ipso initio aegritudinis supradictus sanguinis fluor fuerit factus in iuvenibus vel plurimo sanguine naturaliter abundantibus, quos polyemos vocant, et cum largo cursu frequenter, bonam discussionem ostendit.

curationis autem tempore si ex proximis narium locis et non de altitudine fuerit sanguinis fluxus, oportet in principio simpliciter molli penicillo frigida aqua madefacto circa maiores angulos oculorum exprimere. si vero de altitudine manaverit sanguis, erit infrigidanda facies ex aqua nimis frigida aut posca frigida. etiam et penicillos frigidos posca leviter expressos fronti et naribus superproicies, et manuum ac pedum acra, id est summitates, ligabis et narium cavernas molli linteolo diligenter obtrudes. quod si minime abstinuerit sanguis, cubiculum in quo immobiliter iaceant frigidum et planipedum et obscurum procurabis. etiam manus et pedes frigida aqua vel posca fomentabis et in ore similiter ut contineant dabis. et si fuerit tempus veris vel aestatis, et ipsius patientis aetas fuerit iuvenilis et febricula modicissima,

1 i. celeri acuto motu nata *p*, i. celeri mutata *c* (vel celeri motu *Petr.*). 2 III. aut IIII. dies pessimas egritudines et prolixas *c*. 3 macronosiam *c*, magnoxiam *p*. 4 aliquando . . . denunciat *c (cf. Petr.)*: *om. p*. 5 subditus s. fl. *c*. f. factus fuerit *p (Petr.)*. 6 in iuvenibus (ın uiuētibꝫ *c*) *Petr.*: iuvenibus (in *om.*) *p*. vel primum sanguinis n. abundantis simus *c*. 7 pollienos *p*, poliemtas *c* (poliemos *Petr.*). 9 proximis (p̄xīs) *c (Petr.)*: primis *p*. 10 sanguis fuerit f. *p*, fuerit sanguis f. *c* (fuerit sanguinis fluor *Petr.*). 11 madefacta *(sic) c (Petr.)*: infuso *p*. 12 m. oculorum angulos *p (Petr.)*. exprimere *p (Petr.)*: *om. c*. 13 infrigidata *c*. 14 nimis (nīs *c*) *Petr.*: urtıs *(sic) p*. p. nīs frigida *iterum c*. 15 leniter *c*. super proicies *cp* (p̄ıcıes *sic* p^c). 17 obstrudes *c (Petr.)*. 18 abstinuerit *c*: restiterit *p*. 22 veī *p*, verni *c*.

etiam et caput frigida fomentabis, et lines frontem et nares et sub oculis gypso posca resoluto aut luto figulino, aut cocleas minutas cum sua testa et aloen aridam aut gluten taurinum aut ges entera id est vermiculos de arrugia admixta turis manna cum ovi albo et tenui conteres et fronti et naribus superinduces. si vero permanserit sanguinis fluor, cucurbitam praeraso capite conglutinandam occipitio appones cum ingenti flamma et plurimo horarum tempore immorandam. quod si nec sic abstinuerit, etiam et scarifabis. sic enim faciens sanguinis detractione facta narium fluxum mederis.

aliud quod appellatur a Graecis dia sfongon ischemon id est ex spongia confectum retinens sanguinem, et conficitur sic. spongiam novam liquida pice infusam cacabo novo in furno combures addito cooperculo ex argilla. dehinc diligenter teres et naribus calamo insufflabis. sed oportet primo glebulas sanguinis, quas Graeci thrombos appellant, per os depurgari ex melotide molli lana involuta et posca infusa, et sic medicamentum insufflare.

1 frigide *c*, —dis (frī^s) *p*. linis *cp*. 2 et sub oculis *c*: sub oculos *(om. et) p*. et resoluta *c*. 3 arida *p*, con(9)-tritas *c*. 4 gesenterea *p*, gescentero *c*. id — arrugia *p*: *om. c*. 6 inducis *cp*. 7 conglutinanda *(sic) c* (—do *Petr.*): *om. p*. 8 oppones *c (Petr.)*. et cum *c*. flâma *c*, fla^g ma *(sic) p* (flamine *Petr.*). et *p (Petr.)*: in *c*. 9 horarum *c (Petr.)*: *om. p*. īmorandā *p*: —da *c*, —do *Petr.* sic *c*: *om. p (Petr.)*. 10 et *c*: *om. p (Petr.)*. scarificabis *cp*. *deinde sic c (cf. Petr.)*: Sic enim pacientes sanguinis detractione facta n. fl. mederi. *p autem (om. primis verbis) sic*: (scarificabis). facta narium *(sic)* detractione fluxum narium mederis. *ego ex Petr. scripsi* faciens, *ex p* mederis. 12 diaffrōgos diemo i. expongia confectio *c*, dıafōgō thefmō *(vel* thefinō) confecto *p*. *ubi* sdiemo *non est pro* ἔναιμον (*ut Gal.* XII, 376) *sed* schemon, *ut infra c. 38 et Sim. s. v.* (diasfongos chemon). 14 sic *om. c*. cacabo — argilla *(sic) c*: ĉaccabo infusam *(sic iterum)* et addita coperculo argilla circum linies. et in furno combures. (dehinc *etc.*) *p*. 17 trobos *c*, tumbos *p* (trumbos p^c). 18 os *c*: hos *p*. ex: et ex *cp*. melotida *cp*.

aliud optimum. ipsum sanguinem accipe et combure et facto pulvere nescienti naribus inice, si de dextra dextrae si de sinistra manet sinistrae.

aliud quod Galenus in sua therapeutice hoc est libris curationum fieri praecepit. si de sinistra nare sanguis decurrerit, cucurbitam tenacissimam multa cum flamma spleni conglutinabis. si de dextra, epati similiter appones.

aliud si chronia fuerit passio id est longi temporis et nimis aquosum et tenuem videris fieri sanguinem, si tamen solutio spontanea ventris minime obstiterit, catapotia Galeni superius in passione capitis scripta dabis, et humorem per ventrem purgabis, et sanabitur.

XXXI. Ad polypum et ozaenas.

Utrasque passiones, id est polypum et ozaenas quas nos fetores narium dicimus, communiter medicamentis de-

1 optimum *p*: *om. c* (*cf. Petr.* optime facis si . . . excipias). ipsum s. combure et facto pulvere naribus inice si dextra dextre si sinistra maneat sinistre *c*, ipsum s. accipere et comburere et ipsum pulverem naulcēti *(sic*, nesciente *Petr.)* naribus insuffla. si de sigistro *(sic)* in sigistro. si de destro in destro *p (similiter Petr.). cf. Th. Prisc. I, 12.* 4 (*item 12*) galieni *cp (Gal. X, 316. cf. XIV, 338).* in sua pedice t̄ra *p*, in sua puericia therapeutice *c*. hoc est *c*: i. (id est) *p*. 5 sinistro *c*, sigistro *p*. 6 decurerit *(sic) c*: cucurrerit *p*. 7 spleni *c*: spıē *p* (spl'ē p^c). dextro *c*, destro *p*. similiter appones epati *p*. 9 Aliud si cronia *c*: Si cīā *p* (*in marg.* Aliud si cicā p^c). 10 nimis *p*: nimium *c*. aq. sanguinem et t. videris (*om.* fieri) *p*. Sit nō (*pro* si tm̄ *p*) *c*. 11 īmē *p (in marg.* p^c: al'. mīme = *c*). obstiterit *p*: abstinuerit *c*. cataputias . . . scriptas *cp* (dabis scriptas *c*). 13 humorem *p*: —res *c*. sanabitur *c*: sanabis *p*. 14 Ad polipum et ozernas c^m 31 *c (in ind. capp.* Ad pulippum et ozernas *p*): *om. p (qui prima textus verba* Utrasque — zernas *rubricae instar repetit) cf. Gal.* (*eup.*) *XIV, 336. Th. Prisc. I, 11.* 15 uterque *c*. pulipum et zernas *p*, pulipis et ozerne *c*. 16 fetores *p*: fenrē (fetorē) *c*.

siccatoriis capiti praeraso impositis curabis, ut est dia iteon emplastrum, aut barbara, aut illud quod appellant dia coclion id est ex cocleis et conficitur sic. murrae et turis masculi uncias singulas, cocleas integras cum sua testa numero V, ovorum albugines II: in girba contusis et diligenter simul commixtis capiti ut supra dixi raso inlines et super linteolum impones, et sines medicamentum manere diebus novem. et sic topicis medicamentis id est localibus proprie ipsis in locis uteris. hoc est quod a Graecis ozaenicon dicitur: recipit aluminis scissi murrae sandaracae, omnium trium dr̄ quaternas, aeris usti et gallae dr̄ singulas: diligenter tritis per calamum insufflabis, praelotis vino bono naribus.

XXXII. Ad dentium dolorem.

Efficiuntur dentium dolores sub aquoso et frigido flegmate reumatizantibus gingivis, ut etiam ipsi dentes cavernentur, maxime illi maiores vel molares qui quattuor radicibus fixi esse noscuntur, quos Graeci tetrarizus vocant, et putrefacti lividi et nigri et in parva frusta comminuti relictis radicibus expuantur aut certe ex ipsis gingivis quibus continentur laxatis radicibus cadant.

1 ut est *p*: utere *c*. dia chiteon *c*, dialitcon *p*. 2 aut barbara — (3) cocleis et *om. c* (*qui deinde habet* Aliter sic mirre . . .). 3 diacodion *p*. 4 untias *p*: ʒ *c*. 5 nūo *c*: *om. p*. in girba (guba *c*) contusis (—cussis *p*): ὁλμοκοπήσας *Oribas. eup. 4, 46 = Ps. Gal. XIV, 336.* 6 simul *om. c*. capiti *c*: apī *p* (*p*ᶜ *in marg.* capī). in(l)linis . . . īponis . . . sinis *cp*. 8 novem *p*: IX *c*. 9 in *c*: *om. p (Petr.)*. uteris. hoc est: *sic cp (et Petr. p. 207 sup.).* quod appellatur a gr. ozenicon *p*. 10 ℞ *cp*. et mirre. et s. an̄ . ʒ . IIII. eris . . . . *p*. 11 et *om. p*. 12 teres et per . . . *p*. 15 et frigido *p (Petr.)*: *om.* (sub aquosa ex flegmate) *c*. 17 caverentur *c*, cavernantur *(sic) p (cf. Petr.)*. maiores (malores *ante corr. p*) vel *om. c*. 18 esse fixi n. *p*. tetrarizus *c*, —zos *p*ᶜ (tetricos *ante corr. p*). 19 et (putr.) *c*: cum *p*. p. et lividi *p*. nigri in *p*. 20 expuantur *p*: despuantur *c*. 21 cadunt *p*.

in curationibus vero si nimius fuerit dolor praeter putredinem gingivarum, oportet sacculis salis torrefacti loca quae dolores patiuntur extrinsecus vaporare. etiam et apoflegmatismum masticatorium oportet adhibere, quem Graeci masomenon vocant, et conficitur sic: stafisagriae et mastices et pyretri, omnium trium paria pondera in uno diligenter contundes, cerae modicum admiscebis et rotulas finges, quas Graeci trociscos vocant. ex quibus masticandos dabis, et inclinato capite humorem decurrere dimittes.

aliud ad dentis dolores, enchyma id est infusio in nares. betae, et melius agrestis, radicis suco in naribus ipsius partis dolentis infuso dolores dentium solves. observandum praeterea ab omnibus frigidis. nam Hippocrates in aforismis sic ait, omne frigidum dentibus esse hostile sive inimicum, quod autem calidum amicum et delectabile.

fysicum ad dolorem malae, de Vindiciani Afri.

2 saculos *(sic)* salis *c*: solis *(sic)* sacculis *p*. 4 apoflegmatissimum *p*. quem: quod *cp (cf. Th. Prisc. 1, 14)*. 5 masumeū *p*, masum̄ *c*. 6 et *om. p (bis)*. mastice *c*, —c̄ *p*. piretri *cp*. omnium trium *c*: *om. p*. pondera cere m. admisces et in vino diligenter contusis (*sic c*, commiscis *p*). rotulas frigis *(sic p*, singulas *c*) quas. (qs *p*, q̊s *p*c) *cp*. *quae ordine inverso correxi*. 8 rotulas *cp*: —los *Petr*. ex q. masticandum *c*, —dus (d?) *p* (ad masticandum *Petr*.). 10 dimittis *cp*. 11 aliud (πρὸς ὀδονταλγίαν): *hoc Apollonii est (ex eupor. ap. Gal. XII, 865. cf. XIV, 356)*. Aliud dentis dolore endima *c*, Aliud ad dentium vel dentis dolores ẹ̊nclima *p*. 12 nares: naris *c*, naribus *p (Simon s. v.)*. betae: Beta *c*, bece *p*. sucum (ū) . . . infusum *cp*. naribus *c*: nares *p*. 13 solves (λύσεις): solvet *c*, —vit *p*. observandum *cp*c: —do *ante corr. p*. 14 ypocrates in āphorismis (ff̄ *add. p*) *cp*. *citatur similiter a Th. Prisc. 1, 14*. 15 esse dentibus *p*. 16 hostile sive *c*: *om. p*. et delectabile *c*: *om. p*. 18 fisicum *cp (item infra)*. mole *cp*. deuındıcıanı afrı d'uındıcıā . afrı *p*, dem̄cıā afrı *c*.

salis grana mediocria numero III matutino tempore ante solis ortum dabis laboranti in ore continenda in ipsa parte in qua dolore pulsatur, donec paulatim defluant et cum defluxerint humorem proiciant. etenim hoc adiuvamenti genus si frequenter fiat limositatem excludit et humores superfluos qui dolorem praestant depurgat.

aliud fysicum ad dolorem malae. caricam et sinapi teres et induces in panno et cubito alterius partis superimpones, id est si forte sinistra fuerit mala dextro, si dextra impones sinistro.

collutio, quam Graeci diaclysma vocant, faciens ad dentium dolores. gallas quassatas, taedae pinguis astellas minutatim incisas, iusquiami semen, alumen liparum simul decoques in vino veteri. iugiter dabis ut colluant, cautius vero ne quid ex isto liquore transvorandum existiment. hoc autem non solum dolorem mitigat verum etiam agitantes dentes statuit vel confirmat. si vero taedam non inveneris, picis siccae modicum mittes et uteris.

aliud ad dentes agitantes ut statuas vel confirmes.

● ob diligentiam vero curationis vomitum in praesenti provocabis ex ydrelaeo, id est ex aqua calida et oleo, ad-

2 ℞ *cp.* 3 c̄c (*pro* c̄e) *p.* aut: et *cp.* 4 ÷ III. *p*: ʒ III. *c.* facis *sic p*: *om. c.* 5 teres *c*: *om. p.* 6 admisces *cp.* 7 De apoplexia *p.* 8 dicta est *p.* 9 concadant *p.* 11 cū animi paciēti ⁊ ī sensibilitate *c*, cum animi (c̄ aī) insensibilitas compatientis passio p^c (*in marg.*, *nam om. p*). 13 rationem *p*: iactōm (—tionem) *c.* 15 in *om. c.* aliquanti *c*: quidam *p.* 18 totis corpibus *c.* intelligitur *cp.* 19 paralisis *p*, —sin *c.* paraplexia *om. c.* 20 ipse *om. p.* ypocras *c*, ypocrates *p* (*Hipp. III, 717 Lips.*). 22 amforismis *c*, anffo. (*sic*) *p.* 23 vero *om. p.* 25 ydreleon *c*, ydroleo *p.*

mixto et modico sale. tunc et flebotomia in praedictae passionis periculo adiuvat. et lanarum mundarum ex oleo chamaemelino involutionem adhibebis, et caput ipsorum ex aceto et rosaceo oleo embrocabis, et humorem collectum in arterias gutturis et thoracis, ex quo praefocationis causatio efficitur, sicut in lethargicis apoflegmatismis depurgabis. etiam et oxymel propinabis. novit enim incidere omnem humorem crassiorem.

LXVI. Ad pleureticos.

Est autem pleuritis causatio in una parte pulmonis et hypezocotos id est laterum membranae, ex qua contingit fieri dolor lateri patienti. sequitur autem patientes febris acuta, dolor patientis loci ingens usque ad iugulum et palam. tussicula etiam et reiactatio flegmatis aliquando viscosi aliquando tenuis et spumosi aliquando sanguinolenti. et aliquanti super dolens latus schema iacendi libenter habent. et fit vel nascitur in masculis magis quam in feminis, et secundum aetatem senibus magis quam iuvenibus, in pueris vero difficile. et secundum annualia tem-

1 et *om. c.* predicto *c.* 3 camemilo *(sic) c*: calido (ca. *p*, ca.[do] *p*[c]) *p.* 4 oleo *c*: calido *p.* embrocabis *p*: comprobabis (!) *c.* 5 in arciam *c.* 6 s. in litargicis *p*: sicut litarius *c.* apoflegmaticis *p*, ipsos mathismis *c.* 7 etiam oximel *(sic) p*, *om. c.* 8 enim *et* omnem h. c. *om. c.* crassiorem *(cf. c. 59)*: cõ'τũ (?) *p.* 9 De pleuresi *p.* 10 pleuritis: pleureticis *(sic) cp.* 11 et ī herpedio cotā l. *c*, ethipedi coctā l. *p* (*i. e.* hipediocotā). 12 lateri pacienti *c*: lateris patientis *p* (—ti *p*[c]). 13 feb'a (febricula) *p.* dolor lateris patientis loci *cp.* iugulum *c*, íngulū *p* (cingulum *p*[c]). 14 spalā *c*, plo(?)|tñ *p* (palam *Cael. Aur. ox.* 2, 91). etiam et *c*: ē (est) *p.* reiactatio *c*, reiectio *p* (reiectatio *p*[c]). 15 et *om. c.* aliquantis *p*, aliqñ (—quando) *c.* 16 sup *c*: sr (supra) *p.* iacentis *c.* 17 et sic nascitur *c*, et fit et nascitur *p (cf. c. 71).* 18 etates *c.* magis *om. c.* ānualia *(sic) cp.*

pora frequenter hieme et autumni fine contingit, et magis quando hiems inchoatur, verno autem et aestate difficile.

peripleumonia vero est causatio in toto pulmone, ex qua contingit tumor fieri in visceribus. sequitur autem aegrotos febris acuta, thoracis gravedo cum contractione, et supino magis schemate et altius capite iacere delectantur, in latus vero difficile. sputa etiam similiter ut pleuretici proiciunt et linguam subalbidam proferunt. tunc accessionis tempore anhelitus increscit, rubor malarum in vultu ostenditur. peiorante vero passione cum ad ultimum venerint aegrotantes, stridor ille interior gutturis resonat quem Graeci rogmon appellant.

efficiuntur frequenter ex antecedentibus similiter causis quibus et synanchica passio efficitur. aliquando ex violento percussu contingit aut concubitu plurimo aut indigestione, aut si quis pondus grave baiulaverit et post ipsum laborem sitiens nimis frigidam potionem praesumpserit.

in curationibus autem si nimius fuerit dolor oportet in brachio flebotomiam adhibere, si tamen ventris solutio minime impedierit, ex eo scilicet brachio quod fuerit patienti lateri contrarium, id quod antispasin vocant, et tantum detrahere quantum aetas et virium qualitas et regio et tempus et causa et magnitudo poposcerit. et si venter non fecerit, blando et chalastico clystere de-

1 contingit *p*: *om. c.* et magis *c*: *om. p.* 2 quando hiems: quotiens (*pro* qūō iems) *c*, q̊ (quo) yemis *p.* 4 q̄ *p*, quo *c.* in *om. p.* autem *om. c.* 5 feb'c *(sic) p.* 9tracōe *c*, 9tōē *p* (9c̄tc̄tōē p^c). 6 capite *c*: a capite *p.* 8 propiciante linguam *c*, proiciunt linguam *p.* 10 ad ultīa veniūt egritudīes *c.* 11 ille | t'ior *p*, ille inferior *c.* resonans *p.* 12 ragmon *c*, regmon *p.* 13 efficitur *c.* similiter *sic cp.* 14 sinancia *c*, —chica *p.* efficitur *om. c.* 15 *in marg.* p^c ī å c̄cuta. 17 sumpserit *p.* 19 autem *c*: vero *p.* 21 ex eo. s. *p*: et os silibet *c.* 22 id quod: ut (ū *p*) quod (q *c*) *cp.* antispasin *c*, ā tipasī *p.* 25 venter *c*: ūntrē *p.* clisteri *c.*

ducendus erit ex decoctione cantabri et oleo et modico sale.

aliud. marrubium, ysopum, puleium, omnia tria simul in aqua decoques, et cum modico melle ipsam decoctionem potui dabis. desinet dolor.

aliud. si forte thoracis nimia fuerit strictura, cogente tumore patientium locorum, maxime si et viscosum ⟨flegma⟩ ostenditur, faenum graecum coques eo modo quo superius ad tussim aridam conscripsimus.

aliud. tritici farinam crassam, id est similam quam mola ceciderit, ⟨aut⟩ farinam hordeaceam simul coques in decoctione aneti et marrubii et sacculo inclusam quotiens doluerit appones et loca dolentia vaporabis et lana molli ac munda ipsa loca tutabis et fasciabis. aut lenticulam testeam vel aeream calida repletam appones ob mitigandum dolorem.

si vero sputa tenuia et spumosa emiserit, sacculo ex sale torrefacto vaporabis, et postquam vaporaveris, calido sabano sudorem deterges, et sic medicamentum dia tessaron id est de quattuor speciebus confectum appones. et conficitur sic. recipit cerae, picis siccae, re-

3 marubium *cp*. pulegium *c*. tria *c*: trita *p*. 4 decocta *cp*. ipsa decoctio potui (potui *om*. *c*) data *cp* (dabis *ante corr*. *p*). 5 desinit *p*, desin *(sic)* *c*. dolores *ante corr*. *p*. 6 structura *p*. 7 si *om*. *c*. et: ex *cp*. viscosum flegma: viscosa *(sic)* *cp*. 8 ostendit *c*. fen̄ ḡc̄ *p*, fenu greci *c*. coquis *c*. quo *c*: *om*. *p*. 9 scripsimus *p*. 10 crossam *cp*. semilā ꝙ mola ceciderit *c*, semela | ꝙ ceciderit *p*. similam: *cf*. *Gal*. XI, 121. 11 mola: *cf*. *Plin*. *18, 72 sq*. aut *addidi*. ordeaceam *c*, —ciam *p*. simul coq̄s *p*: si quis *c*. 12 in *c*: ex *p*. saculo inclusa *cp*. 14 ac *c*: et *p*. loca *om*. *c*. tubabis *p*. lenticula testata vel erea calida *c*, l. eream vel testeam c. *p*. 15 $\overset{ad}{\text{ob}}$mittigandum *p*, ꝛ ob mitig. *c*. 17 tenuia *c*: ieiuna *p*. spumosa *(C. A. ox.* 2, 117*)*: spumam *c*, spumas *p*. emiserit *c*, —rint *p*. 20 diatesaron *c*, diatesseron *p* *(cf. C. A. ox.* 2, 112*)*. confectum appones i. de IIII. speciebus confectum *(sic)* *p*, id est — confectum *om*. *c*. 21 ℞ *c*: *om*. *p*. cere *c*: c̄c̄ *p*.

sinae terebintinae, iris illyricae, omnium quattuor paria pondera. tundes ireos ⟨radicem⟩ et tenuissime cernes et ceteris lento igne resolutis et a foco depositis et leviter infrigidatis superasperges, et movebis donec coagulentur. et exinde magdalia facies, et in linteolo densum induces et appones. hoc autem emplastrum cum diligenter cuti inhaeserit, dolores mitigat. hieme vero si forte durum fuerit medicamentum, praetactis digitis modico cyprino oleo ad molles carbones malaxabis.

sed si forte aliqua tensio in praecordiis inspicientis digitis praeter effusionem ventris occurrerit, trispermo id est tribus seminibus in aqua mulsa adiecto modico oleo simplici decoctis cataplasmabis, hoc est ex tritici polline et faeni graeci et lini seminis. et postquam tuleris cataplasma, calido sabano deterges, et oleo cyprino tepefacto non solum praecordia sed etiam cetera quae dolent perungues, et molli lana operies et fasciabis. et a vino et omnibus carnibus omnino abstinebis quousque minuatur febris.

sed si forte suprascriptum flebotomi usum aut virium imbecillitas aut solutio ventris impedierit, topicis adiutoriis uteris id est localibus. praeterea sanguisugas ipsis locis dolentibus appones, cuius adiutorii usum superius in empyemate conscripsimus.

1 iris illirice *p*, utisillirice *c*. omi̅ IIII *c*: *om*. *p*. paria pondera *p*: pari pondere *c*. 2 tundes yreos (*sc*. rad.) *c*: yreos tundes *p*. 3 leviter: leniter *cp*. 4 aspergis et moves (—nes *c*) *cp*. 5 migdalia *cp*. facis *cp*. linteolo denso *p*, lintheolum tensum *c*. inducis *cp*. 6 apponis *c* (—nes *p*). hoc vero *(sic)* *p*: *om*. *c*. 7 durum *p*: ductum *c*. 8 hoc *(ante* med.*)* *add*. *p*. tum *(post* med.*)* *add*. *p*. caprino *c*, ciprino *p*. 9 molles *c*: rall'es (?) *p*. 10 inspicientis: —tibus *cp*. 11 trispermon *cp*. 15 et primo tep. *c*. 16 precordiis *cp* (non p. solum *p*). etiam *om*. *c*. 17 operis *cp*. 18 abstinet *c*. quousque minuatur *(sic)* febres *p*: g̃nando mınuāt febres *c*. 19 supra scriptum *p*: S̅S̅ *c*. 20 ventris solutio *p*. tipicis *c*, thopicis *p*. 21 i. localibus *p*: *om*. *c*. 22 adiutorii usum *c*: adīusū (ī å adiu. *in marg*. p^c) *sic p*. est (*pro* ē)piemata *(sic)* *c*, epimate *p*. 23 scripsimus *p*.

si vero cogentibus febribus sub ingenti siccitate corporis doluerint laborantes, ptygmatis id est pannis calidis ex decoctione faeni graeci et aneti adiuncto oleo uteris. post haec etiam cerotarium ex diachylon confectum appones, quod superius in tetanica passione scripsimus. aut cerotarium pleureticum ex oleo cyprino confectum et linteolo densum inductum similiter appones. et conficitur sic. olei cyprini ʒ VIII, cerae ʒ VI, adipis asinini et faeni graeci moliti et meliloti, omnium trium ÷ binas.

electuarium pleureticis et peripleumonicis conveniens dia ton picron amygdalon a Graecis appellatum id est ex amaris amygdalis. recipit autem nuclei leviter torrefacti et lini seminis similiter torrefacti, ambarum specierum ÷ singulas, amygdali amari decoriati leviter torrefacti ℈ XVI, faeni graeci moliti ℈ VIII, draganti tunsi et creti ℈ VI, mellis despumati quod suffecerit.

aliud. post minutum dolorem si forte sputa purulenta proiecerint, dia prassiu superius in pthisica passione conscripti coclearium I cum faeni graeci suco ieiunis et ad vesperam potui dabis.

aliud. catapotia bechica, id est tussicularia, vespertino tempore cubaturis in ovo sorbili aut certe tepida aqua dabis. et somnum provocant et tussiculam mitigant.

aliud conveniens maxime is qui cum solutione ventris

2 tigmata *c*, pimata *p* (ptīmata *p*ᶜ). pannis calidis *c*: pannos ca. *p*. 4 etiam *p*: et *c*. dichilon *cp*. 5 quod — (7) appones *om*. *c*. 9 moliti *c*: molliti *p*. et meliloti an̄ ÷ .II. *p*. 10 elac̄ *c*, El'm *p*. 12 ℞ *cp*. autem *om*. *p*. nucleum *etc*. *p*. 13 et l. s. similiter *om*. *c*. torrefacti *addidi*. amba℞ spēbus .ʒ. singl'as *c*: ut's ʒ (*pro* utriusque) an̄. ÷ .I. *p*. 14 decoriati *c*: discoriati *p*. siml' torefacti (*hic*) *c*. 15 moliti ℈ VIIII *p*, melliloti ʒ VIII *c*. tracanti *c*, dragāt. *p*. 16 m. dispumati q. sufficit *cp*. 18 diaprasium *c*, —sii *p*. tisica *cp*. 19 conscriptum *c*. cocl'r *p*, cocl' *c*. cum fenu greco (*om*. suco) *c*. ieiunū *c*. 20 ad vesperum (*om*. et) *c*. 21 capucia *c*, catapucias *p*. bethica *c*, bechicas *p*. tussicularias *p*. 22 ova sorbilia *cp*. 23 et *c*: que et *p*. 24 is: his *cp*.

doluerint et sputa sanguinolenta emiserint. dia codyon electuarium vespertino tempore dabis. habet enim virtutem tollendi pleureticis dolorem et somnum provocandi, quod Graeci anodynon ypnopion dicunt.

LXVII. Ad canis rabidi morsum.

In primis, hoc est in praesenti, morsum ipsum medicinali scalpello circum incides competenter et sale contrito asperges et sanguisugas et cucurbitas apponis. attrahunt enim venenum sanguini canis commixtum. etiam et cautere vulnus inures, quo possit supra dictum venenum cum scara, quam nos crustam dicimus, in eodem loco retineri, ne sanguinem persequendo usque ad vitalia omne corpus invadat. et ipsa vulnera appositione medicamentorum acriorum multo tempore servabis, usque ad XL diem vel eo amplius. praeterea piscis salsi carnem tritam vulneri appones.

medicamentum aliud. nuces combures et ex ipsa favilla cum aceto cataplasmabis, et desuper spongia madidata operies et fasciolabis. et a vino et omnibus carnibus et leguminibus aegrotum abstinebis. poscam vero subacram diurnis diebus per dies numero XL bibendam dabis,

1 diaco diomelac̄ *c*, diacodion elact̄ *p*. 3 pleureticis *c*, pleuretis *p*. 4 anodiū ceipon *c*, anodinon cep̄nson *p*. 5 Ad tabidi *(sic)* canis morsum *c*: *pro tit. in textu* Medicamentum ℞ *p*, *in marg. p*ᶜ de morsu canis rabiosi (Ad canis rabidi morsus *ind. p*). 7 circū īcides *c*, circum des *p*. sale contritum *c*, salem tritum *p*. 8 aspergas *p*. apponis *c*. 9 enim *om. c*. sanguis cani *(sic) c*, canis sanguini *p*. 10 et *om. p*. cauteri *c*. inuris (ī urinis *c*) *cp*. quo: qui *c*, quod *p*. 11 scara *c*, schara *p*. 13 ulcera *p*. 14 multi tp̄r *c*. 15 XL *p*: *om. c*. salsi *p*: assi *c*. 17 medicamentum *om.* (Al') *p* (appone medicamentum Aliud misces c. *etc. c*). et *om. p*. 19 a *p*: *om. c*. 20 poscā ūō subaram *(sic) c*, p⁹ca ů sb' aᵃcm (*in marg. p*ᶜ ī å p⁹ca sub acra) *p*. 21 diuturnis *p*, diūnis *c*. per dies XL bibendū dabis *c*, numero sexaginta dabis bibenda *p*.

et non solum extrinsecus, sed intrinsecus certis potionibus infra scriptis rabidi canis morsus sanantibus ab initio dando curabis.

potio ad canis rabidi morsum. cancros fluviales vivos in olla aerea rubri aeris combures supra carbones donec cinerescant, et expendes ex ipsa favilla drachmas X, et adiunges turis masculi dr̄ I, gentianae tunsae et cretae dr̄ V, et exinde dabis bibere cum posca ieiunis per dies numero XL.

alia potio rustica fortioris virtutis quae per triduum datur ad morsum canis rabidi. cani pecori animali homini, ad omnia ita facies et dabis. mittes in partes II aquae ad modum librae unius et vini veteris dimidiam partem carei quantum tenuerint IIII digiti, cumini tantundem, bacarum lauri grana V, radices de cesisboum lotas V minores quae possint habere scrip̄ VIIII, quod cesisboum habet folia ' similia feniculo. quae sunt sicca tundes et cernes et radices separatim tundes, et sic in mortario simul vino adiecto modico mero usque ad ultimam tenuitatem conteres, et omnem humorem sive vini sive aquae

1 sed intrinsecus *om. c et ante corr. p*, *add. p*ᶜ *in marg.* certis *c*: ceteris *p*. 2 ĩfra *c*, ĩ *(sic) p*. rabidos c. morsus *c*, rabidi c. morsum *p*. 3 curabis *c*: sanabis *p*. 4 ad morsum c. rabidi *p*, ad canis morsum (*om.* r.) *c*. fluminales *p*. 5 erea *om. c*. rubpi ceris *c*, rub' eris *p*. comburis *c*, —rēs *p*. 6 expenda *(sic) c*: tolles *p*. ʒ X *c*, dag̃ X *p*. 7 dr̄ I. *p*, ʒ I *c*. tunse *c*, tuse *p* (contuse *p*ᶜ). 8 dr̄. V. *p*, ʒ V. *c*. 9 numero *p*: *om. c*. XL *c*: XXX. *p*. 11 cani pecori *c*: canis pectoris *p*. 12 facis *cp*. et mittis *c*. II. partes aque *p*: in partes II atque *c*. 13 et vini veteris *om. c*. 14 careũ quãtũ *c*, cãtu q̊ʯ *p* (*in marg. p*ᶜ careũ q̊tũ). 15 baccarum *c*, bacas *p*. grana V *p*: ʒ V. *c*. de cessis boĩ milotos *c*, de cesis boinu lotas *p* (*χέσις βοῶν?*) 16 que *c*: quam (q̊) *p*. possit *p*, possunt *c*. scp̄. VIIII. *p*, ʒ IX *c*. cessis bōum *c*, cesis bouiũ *p* (boinu *p*ᶜ). 17 feniculi *c*. 19 simul uno a. *p*, sibi ĩ uno a. *c*. ad u. lenitatem *p*.

admiscebis, et in ampulla rediges et dabis. sed propter vim potionis primo dabis I coclearium olei spani sorbendum, et sic super dabis potionem. triduo recte per singulos dies cyatos ternos aut quaternos, secundum aetatem uniuscuiusque, in potione dabis.

hi autem lyssodecti, id est qui rabidos morsus incurrerunt, si ab initio secundum rationem quod Graeci cata logon appellant, minime fuerint curati, post XL vel LX dies hydrofobici efficiuntur, id est aquam timentes. et est acutissima et molestissima passio. est namque causatio in stomacho et corde ex veneno canis concepta. sequitur autem qui laboraverint ex aqua tumor stomachi et cordis. difficultas etiam transvorandi potus aut ex toto negatio sequitur et singultus. tunc increscente passione ipsi cum insanire coeperint, veneno pervasi vocem latratui canum similem emittunt et praesentes mordent et aqua perfusi vehementi raptu interficiuntur.

LXVIII. Ad phalangionis morsum.

Caponis cerebrum cum pipere modico et rutae hor-

1 a(d)misces *c(p)*. ampullam *p*. redigis *cp*. pp m̄ poīs *c*, pp uítíí potōem *p* (*in marg.* *p*ᶜ ī å ſʒ pp vini potionis). 2 cocl'r *p*, cocl' *c*. 3 superabis *p*. tridu rectu *c*. 4 cietos *c*, quiatos *p*. 5 in potione: potionem *cp*. 6 hii aū lisodenti *c*, hi'ālisodera *p* (*in marg.* híí aū lisodēti *p*ᶜ). 7 quod: quam *p*, qui (q) *c*. 8 catalogon *p*, catalogim *c*. 8 p' XL. ī XL *(sic)* dies *c*, post quadragesim̄ vel sexagesim̄ diem *p*. 9 ydrofonici *c*. 10 molesta *p*. Et ā nāʒ cātō *p*, ē qm̄ causacō *c*. 11 ex: et *c*, et ex *p*. 12 s. a. laborauūnt (*sic* —verint) ex aqua mor stoācho et corde *c* (*addidi* qui): s. a. laborantes tumor stomachi et cordis *p*. 13 etiam *p*: et *c*. aut — singultus *om. c*. 16 mordunt *p*. 17 „raptu interficiuntur“ *C. A. p. 233*. 18 Ad spalangionis (falangionis *ind. p*) morsum *c et ind. p* (*in p pro rubrica legitur* Medicamentum ℞). 19 Aᵃpoīs *p* (A *rubr.*, *sed in marg. pro litt. initiali praescribitur* ć)· CAponis *c* (*cf. Plin.* 29, 88 *de gallinaceorum cerebro*). ruta ortice *p*, rute (*om.* ort.) *c*.

tinae viridis foliis numero X cum posca potione una ieiunis totum potui dabis. hoc per triduum facies, et extrinsecus ab initio ipsa hora qua morsus fuerit primo impones herbam quam dicunt zaccarionem sic integram in loco ubi fuerit morsus, et cum arefacta fuerit, alterum folium viride mutabis. hoc per triduum facies cottidie, et cum se ulcus ostenderit, avellanae pulpam conteres et appones aliquantis diebus. post haec appones cataplasma de polline hordei et suco uvae lupinae. coques eundem sucum sincerum et inductum appones quam diu se scara levet, id est crusta, et cum se levaverit tali medicamento in cicatricem induces, id est adipes anserinos, coagulum caprinum, radices cerdae quae latiora folia ostendit ruta silvestri, et oleum stellionis in quo vivus fuerit necatus et in ampulla in sole et aura caniculari tempore diebus numero XL fuerit suspensus. aequis ponderibus tundes in se omnia et appones ad locum tam diu quam diu ad perfectum sanetur. interea ipsum patientem admonebis ne forte ignoranter in cibo avellanas accipiat. sicuti extrinsecus in cute morsui apposita avellana venenum ad se

1 foliis: folia *cp*. potionem .I. *c*. 2 tot̄ potui *p*: potū potui *c*. 3 ip̄is ore quo mo͛dıtū f. *c*, ipsius qua morditus f. *p*. īpon(m *c*)is *cp*. 4 çaccarıoē *p*, ȥaccarıoꝫ̄ *c*. 6 folium *om*. *c*. cotidie facis *p*: facis cotidie *c*. 7 ulcus *p*ᶜ: uultus *c et ante corr*. *p*. 8 apponis *c*. 9 sucum *cp*. coques in eundem s. *cp*. 10 quam diu se *c*: quam diuise *p*. scara *cp*. 12 in *om*. *cp*. t. m. cicatricem inducis *p*, t. m. cicatrice ducis *c*. i. (id est) *sic cp* (*pro* acc. *vel* recipit). coagulatum *c*. 13 certe *c*, cd̄ę (*in marg*. *p*ᶜ cēde) *p*. latiora: lauoris *c*, latórıs *p* (latōrıs *p*ᶜ). rute silur̄e (silvestre) *p*, rute silvestris *c*. 14 stelionis *c*, stelcoīs *p* (*cf. Plin*. *29, 90. 73*). vivus *p*ᶜ: vinus *c*, humus *p*. neccatus *p*, iectē (*sic*) *c*. 16 numero *p*: *om*. *c*. XL *c*: XI *p*. tudis *cp*. 17 apponis *c*. ad perfectum *c*: ad perfectam (aſpfāꝫ *sic*) *p* (*unde p*ᶜ *in marg*. apf̄ca sanatōe = a perfecta sanatione *pro* ad p. s.). 19 ignorat˜ *c*, [illegible]grāt *p*. 20 avelana *c*. ad se ducit *c*: aducit *p*.

ducit, similiter comesta ad semet intrinsecus venenum adducendo hominem necat.

LXVIIII. Ad scorpionis ictum.

Scribes in charta rudi hoc nomen A⟨CΠ⟩IC et postquam scripseris plicabis. pones in ipso puncto percussurae chartam conscriptam et trahes illam usque ad locum ubi descenderit dolor, et confestim sine dolore efficietur. hoc fysicum de viri illustris ⟨vindiciani⟩ est. etiam et theriacam. diatessaron in potione vini dabis.

LXX. Ad fugandos serpentes.

Capillos de capra aut mulieris aut cervinum cornu aut fel fumigatum serpentes fugiunt.

aliud. cervina pellis substrata facit non timere serpentes.

LXXI. Ad epilepsiam.

Est autem epilepsia subitus corporis casus cum spumatione et raptu membrorum effectus. et sunt distantiae passionis duae. aliquando enim sub diverso raptu membrorum efficitur, aliquando cum somno. sequitur autem patientes, ut dixi, subitus casus, aliquando cum contractione corporis membrorum, aliquando cum oppressione,

3 Ad s. i. *tit.* *c* (= *ind.* *p*): Experimentum bonum. ℞ *pro rubr.* *p.* 4 Scribes *c*, —bēs *p.* rudi *p*: *om.* *c.* ARᴄɪc *c*, Λ ⊦̄ p'c *p.* 5 plicas pones *cp.* puncto *p*: puteo *c.* 6 carta•conscripta *cp.* trahis (trabis *c*) illa *cp.* 7 et *om.* *c.* efficitur *cp.* 8 deū illustris carıē ēt ʒ tiriacā *c*, de uiri illustris dari ̧ ē etiam et teriace *p.* 9 diatesa(e *p*)ron *cp.* 10 De capigo. ℞ *rubr.* *p.* 11 Capillos: Capillorum *c*, Capigos (*sic*) *p* (*cf. Plin.* 28, 70). 12 fugiunt *p*: fugat *c.* 13 substracta *p*, subscripta *c.* 15 Ad epilensiam *c* (*ind.* *p*), De epilensia *p.* 16 epilensia *cp.* 17 effecta *cp.* 18 enim *om.* *c.* sub *c*: cum *p.* 19 autem ut dixi p. *p.* 20 et aliquando *p.* 21 corporis *om.* *p* (corporis vel membrorum *c*).

spumatio etiam et insensibilitas et tenebratio. in his cerebrum patitur et omnis nervositas a cerebro descendens sub melancholico humore et frigido flegmate. aliquando a stomacho patiuntur. est enim stomachus multis nervis sensibilibus perplexus. et si forte, ut dixi, a stomacho passio fuerit nata et cerebrum petierit, accessionis tempore fantasiae oculis efficiuntur, ut illis quibus suffusio imminere ostenditur. etiam et vapor quidam in eis ab inferiore ventris parte super fertur, quo vapore mininga pulsata concutitur, et cadunt. aliquotiens vero sub melancholico humore laborantes difficile cadunt et ieiuni flegma subamarum et spumosum in faucibus sentiunt. aliquando et cibos non digerunt, sed crudos post cenam emittunt. et est molesta passio maxime infantibus brevissimis et novellae aetatis pueris. fit vel nascitur omni tempore, sed plus verno frequentare manifestum est.

in curationibus autem in primis a tergo inter scapulas circa spondyli locum praevaporabis spongiis calida aqua expressis. aut cantabro in linteolo ligato et calida ebullienti infuso et expresso vaporabis, et sic scarifabis et per cucurbitae raptum competentem sanguinem detrahes. etiam et stomacho, ubi ferrum operari non poterit, sanguisugas appones eodem modo quo superius in empyemate conscripsimus. et post detractionem sanguinis

1 hiis *c.* 2 a *om. c.* descendentis *c.* 4 enim *p*: autem *c.* 5 pplexus *p*, pflexȝ *c.* 6 passio *c*: *om. p.* 7 oculi *c.* efficiunt *p.* infusio *c.* 8 īminere *p*, ī mīore *c.* in *om. c.* 9 interiori *c.* superfertur (fēt˜) *c*: frequenter *p.* mininga *c*: īmırīga *p.* 10 concutitur *c*: ᶜōǫcūrıt (—curritur) *p.* aliquando (*om.* vero) *c.* 12 flegma *om. c.* subspumosum *p.* 13 cibos *c*: carbones (*pro* carnes) *p.* 14 emittunt *om. c.* in inf. *p.* 15 brevissimis *c*: parvulis *p.* 16 verno tempore *c.* 18 circa *om. c.* spondilii *c*, spondiliorum *p.* prevaporatis *p*, —tius *c.* calidis aqua *c*, ex calida aqua *p.* 19 calide bullienti *p*, calide ebulientis *c.* 20 infundo expresso *c.* scarificabis *cp.* 21 per *c*: post *p.* competentē sanguis *c*, competenter sanguinem *p.* 23 apponas *c*, —nis *p.* 24 ēpimate *p.*

factam, post unum vel duos dies si forte venter a solito officio abstinuerit, clystere subdeducendus erit ex decoctione coloquintidis et betae et cantabri cum melle et oleo veteri et afronitro. erunt praeterea duabus ebdomadis in lectulo custodiendi, et caput embroce curandum ex rosaceo et aceto, quod oxyrodinon vocant, aliquando et castoreo admixto, maxime si forte hieme contigerit. sed oportet ante caput pressius detondere et sic curam ipsi capiti adhibere. et postquam embrocaveris, caput pileo operies. post haec summitates manuum et pedum oleo veteri aut sicyonio perungues et tenuissimis ac levioribus fasciolis ligabis. etiam et castorei ℈ I ieiunis in potione aquae mulsae dabis, singulariter aut foliis rutae hortinae admixtum.

si vero sub melancholico humore cum insomnietate fuerit passio, epithymi decoctionem diurnis diebus ieiunis dabis aut die inter diem. post haec vespertinum lavacrum adhibebis. sin vero sub crasso vel tenacissimo humore fuerit passio, oxymel ieiunis dabis ex ysopo et peucedano et puleio et origano confectum. nec non etiam et cucurbitas cufas id est ⟨levi⟩ cum appositione deduces in primis spondyli loco et spinae et lumbis, novissimo etiam

1 I. vel .II. *p.* a solito officio *p*: solutū officiū *c.* 2 clisteri *c.* 3 coloquintide *cp.* 4 olei veteris *p*, —ri *c.* et affronitro erunt ꝑtoica d. e. *p*, et affer̄ p̄terea d. e. *c.* 5 embroce *p*, embrice *c.* (caput . . .) curandi *cp.* 7 forte *om. p.* contingit *cp.* 8 an̄ (ante) *c*: aut *p.* et siccurādūʒ qūo expica adhibere *c.* 9 embrocabis *c.* 10 pilleo *p*, paleo *c.* operis *cp.* i. articulos *add. p* (*post* pedum). 12 fasciolis ligabis *p*: fasciabis *c.* etiam et: Et etiam *p*, etiam *c.* 13 rute ortine *cp.* 16 epithimi (epith'ı *p*) decoctione *cp.* diurnis *c*: diuturnis *p.* 17 vespertinum *p*: intestinum (*om.* lav.) *c.* 18 tenuissimo *c.* 19 ex isopo *c*: et ysopo *p.* peucidano *cp.* 20 n. n. e. et cucurbitam i. cufas *(cf. Cael. Aur. p. 575. 297. 31 sq.)* cū appositione deducis ī pᵓmıs *c*, n. n. e. et cufas apponis īprimis *p* *(cf. c. 77).* 22 spondilis locus *c*, spondiliorum locis *p.* nomo (*sic*) *cp.*

thoraci et praecordiis, in feminis vero et pubetenus sub umbilico et inguinibus. post haec cucurbitis cum scarifatione uti oportet in utraque capitis parte iuxta auriculas in ipsis arteriosis locis, aliquando et venam mediam si extantior apparuerit in fronte incides, et post III vel V detractionis dies ptarmico medicamento, id est sternutatorio, nares sicut in lethargicis apoflegmatizabis, et post dies IIII apoflegmatismo expleto ieiunis ex radicibus vomitum provocabis, et cibis inprimis triticeis et holerosis nutries, nam Graeci sitodis ce lachanodis dicunt, novissimo vero variis. observandum autem a carnibus suinis et bubulinis ac caprinis et a leguminibus universis et a vino et lavacris usque ad menses VI.

trociscus ⟨conveniens⟩ scotomaticis, id est qui subito ante oculos tenebras patiuntur, et spiritu inflatis epilepticis. recipit autem fel leporis, castorei, turis masculi, murrae, omnium III dr̄ singulas, mustelae iecoris sicci ʒ III, aceti cyatum I. conficies et facies trociscos drachmales et dabis cum passo aut cum mulsa per dies VII aut VIIII.

1 toracē *c*, thorace *p*. 2 et inguinibus *c*: inguinibus *p* (et in inguinibus *p*ᶜ). cucurbitas *c*, —tam *p*. scarificatione *cp*. 3 utramque c. partem *c*, utrasque c. partes *p*. 4 et *c*: etiam *p*. vena media si ⟨ex *p*ᶜ⟩stantior apparuerit in fronte *p*, vena media ⁊ ant'ıor ī fronte *c*. 5 p⁹ III ul' V detractionis obtmico (w *supra* t) *c*, post tertium vel quartum detractionis diem optarmico *p*. 7 apoflegmaticabis (*pro* çabis) *c*, apoflegmati dabis (*pro* — diabis) *p*. 9 olerosis *cp*. 10 nutris *cp*. Nā *c*: quod *p*. sitodis celaconodis *cp* (σιτώδεις καὶ λαχανώδεις). dicunt *c*: vocant *p*. Novissimo — VI | *c (f. 90ᵃ extr.)*: *om. p (cf. C. A. p. 298. Gal. XI, 372 etc.)*. 11 autem: aut *c*. suinis (?): [illegible]uſionıs *c*. 12 et (*ante* a leg.) *om. c*. 13 et *om. c*. 14 conveniens *addidi*. scotomaticū *c*, scotōtıc' *p*. i. qui *c*: i. in quo *p*. 15 inflamati *c*, infl'ama(ti)s *p*. epilenticis *(ut semper) cp*. 16 ℞ *cp*. autem *om. p*. 17 om̄ı .III. dr̊ ſıngl'as *c*: an̄. ʒ. I. *p*. 18 conficis et facis (fac̄ *c*) *cp*. dragmales *cp (item infra)*. 19 aut (*post* dabis) *add. p*.

aliud. trociscus conveniens epilepticis qui cum tremore membrorum accessionem patiuntur. recipit castorei, abrotani, radicum panacis, omnium trium ʒ IIII, piperis albi, rutae hortinae ʒ binas, croci et cyperi ʒ singulas. aceto colliges et facies trociscos drachmales, ex quibus unum in potione dabis, habitudine corporis fortioribus cum vino mulso cyatis IIII, debilibus vero cum aqua mulsa. oportet autem patientes post acceptam potionem currere. et post haec epithima dia spermaton aut dia samsucu appones, et sanabis.

ad epilepsiam. hirundininum pullum de primario fetu luna prima apprehendens aperies, et invenies ⟨lapides in ventre⟩ unum formosum et alium malefactum. et ita ut terram non tangant, ligabis in pelle vitulina aut cervina et in collo aut in brachio sinistro suspendes.

LXXII. Ad lumbricos.

Fiunt vel generantur lumbrici, quos Graeci elminthas dicunt, plerumque ex multo cibo accepto aut indigestione frequenti. sequitur autem laborantes morsus stomachi et ventris nullis praecedentibus causis, et tussiculae modicissima ex causa provocatae, somni etiam flegmatici id

2 ℞ *cp*. 3 aprotani *cp*. radic̄ *cp*. om̄ı t'um ʒ̓ IIII *c*: an̄. ʒ IIII. *p*. 4 rute ortine ʒ binas *c*, r. ortine sumitatem an̄. ʒ II. *p*. cocti ⁊ cıp'nı ʒ singl'as *c*: c̄c̄ piperis an̄. ʒ. I. *p*. 5 cum aceto *p*. colligis (—ḡ *c*) *cp*. facis (fac̄ *c*) *cp*. 6 unum *p*: ṗma *c*. ī poīcōne dab' *c*, dab' ī poītōem *p*. habitudinem *c*, iuxta habitudinem *p*. 7 c. vino mulso (c. vinum mulsum *c*) *cp*. 8 mulsa *om*. *c*. 9 epithimia *c*, epith'a *p*. diasam sucum *c*, dia sāsuc̄ *p*. 11 epilensiam *cp*. 12 prima luna *p*. invenis unum *p*, invenies in unum *c* *(lacunam explet Diosc. 2, 60. ceterum cf. C. A. p. 315)*. 13 malfactum *p*. et: sed *cp*. ita ut'ra *c*, ita ut t̄ra *p*. 14 tangat et ligas *cp*. 15 et collo *p*, ī collo *c*. in *om*. *p*. suspendat *c*, —dit *p*. 16 De lumbricis generatis ex multo cibo *p*. 17 āmictas *c*, almitas *p*. 20 modicissime ex causa provocante (—cāte) *cp* *(cf. C. A. chron. 4, 106)*.

est salivam per os ostendentes cum solutione corporis, et exurrectio sine ratione et pulsus inaequalis, aliquibus vero et fastidium. pueris etiam dormientibus masticatio efficitur cum modica linguae exclusione. schematizato etiam ore iacent, similiter ut illi qui post nimiam operationem resumunt. et post diastema temporis modicissimi aliquotiens cum clamore exurgunt et cito iterum deponuntur et dentibus dormientes strident. contingit vero hoc quotiens ipsa violenta insurrexerint animalia. etiam et aliquibus occurrentes stomachi nausiae et morsus causationem faciunt. aliquando et reiectantur singulariter aut cum aliquo humore flegmatico aut cholerico.

curationis vero tempore maxime in acutis febribus, si et constrictio fuerit ventris, cataplasmandum ex lini seminis et lupini farina pari modo commixtis et cum mulsa aqua concoctis. cataplasmabis, oleo violaceo umbilicum tanges et molli lana operies et fasciabis. et post expletos cataplasmatis dies cerotario ex absinthio et oleo cyprino confecto ventrem sub umbilicum usque cooperies. et si venter abstinuerit, in infantibus balanis iniectis depones, in aliis vero perfectis aetate clystere ex decoctione absinthii admixto melle deduces. et potionabis frequenter,

1 per os *om. c.* 2 exsurrectio *p*, exurectio *c.* 3 dormientibus *om. c.* masticatio: *cf. C. A. l. c. p. 534.* 5 iacentem *c*, —tes *p.* quidem *cp.* 6 diastema *c*: diestema *p.* 7 cum — (9) quotiens *om. c.* 9 etiam *om. c.* a. et occurrentes *p.* 11 reiectant *c*, reiartantur *(sic) p.* 13 i. a. febribus quod esse solet. si et constrictio *p*, i. a. febribus si ex constructio *c.* 15 cum aqua mulsa *p.* 16 umbilicò contangis *p.* 17 operis *cp.* 18 ex *c*: et *p.* 19 confecto *om. c.* venter sub umbilico usque cooperis *c*, ventrem simul usque sub umbilico operis *p (sc.* mediis partibus *Cael. chr.* 4, 128 *etc.).* 20 in *om. cp.* balanis *p*: *om. c.* inectis *c*, īeptis *p.* deponis *cp.* 21 clisteri *c.* ex *om. cp.* 22 deducis *cp.* et potōab' frequenter maxime *p*: et pocōne maxime *c.*

maxime pueros, myxarum et myrtae et coriandri seminis, omnium trium specierum decoctione.

epithima ad lumbricos excludendos sive necandos. recipit farinae lupini tenuissimae ÷ II, absinthii contusi et creti ÷ I, myrtae viridis S. mittes in girba, et in uno diligenter contusis, optimo melle colliges et in linteolo illinitum medicamentum visceribus mediis impones. aliquando vero medicamento supra scripto admiscemus.

aliud. medulla cervina oleo violaceo resoluta a nervis cervicis quos tenontas dicunt per totam spinam usque ad sexum perungues, aut ipsum oleum violaceum singulariter tepefactum auribus instillabis et ipsas cavernas lana obtrudes.

sin vero cum adiuncta solutione ventris fuerit lumbricorum passio cum rasurarum egestione, tunc stalticis, id est constrictoriis, sicut in dysenteria inicere oportet, et propinare plantaginis sucum aut granatas acidas aut sucum coliculi aut limaturam cornu cervini in modum coclearii unius.

si vero praeter febrem fuerit passio in diuturna aegritudine, quam Graeci chroniam vocant, etiam et lupinos amaros edendos dabis et santonicum caricis immissum et vinum violaceum.

1 mixarum: rarum *(sic)* *c*, nularū *p* (nixarū *p*ᶜ). *cf.* noxarum *C. A. p. 539. 541.* et mirte *p*: et nocte *c*. 2 omī trium sper̄ *c*: horum trium *p*. 3 sive necandos *p*ᶜ *in marg. (om. p)*: siue uocandos *c*. 4 lupini farine t. *p*. 5 mirte *p (Diosc. 1, 155)*: mente *c (cf. infra)*. viridis mittis . . . *c*. girbā *c*, girba *p*. 6 colligis *c*, —ḡ *p*. linteolū *p*, —lo *p*ᶜ*c*. 7 illitum *p*. viscer̄ media *c*. īponis *cp*. 8 medicamentum ʒ ϛ (*pro* SS) admiscemus *c*, ml'ıcū supra dictis admiscimus *p*. 10 cervic̄ *c*: cervinis *p* (*sed in marg. p*ᶜ ī å c'uıcís). tenontas: tonātef *c*, tetanos *p*. spinam usque ad *om. c*. 12 auribus stillabis *p*, aut columbos *(sic)* *c*. lana obscrudes *(sic)* *c*, lanas obstrues *p*. 13 Sin *p*ᶜ*c*: Si *ante corr. p*. 15 desinteriis *c*, disinteria *p*. inicere *om. c*. 16 propinatum *c*, —nandum *p*. 17 cauliculi sucum *p*. 20 croniā *c*, acroīā *p*. 21 sandonicū *c*, sād̊īcū *p*. caricis *p*ᶜ (cālicis *p*), cario *c*.

aliud. ad lumbricos. alium cum mentae foliis contritum et piperis modico, adiuncto aceto et oleo spano comestum lumbricos excludit.

aliud. folia persici contrita aut olivae folia aut sambuci folia similiter contrita et super umbilicum imposita summe faciunt.

LXXIII. Ad elefantiasim.

Est autem elefantiasis corporis callositas operata sub melancholico humore ad similitudinem elefantorum, unde elefantiasis, ut supra dixi, passio nomen accepit. haec autem signa patientes secuntur. extantiae riposae, quas Graeci oncus octodes vocant, id est riposis verticibus prominentes circa vultum et articulos, adiuncta corporis mala habitudine, quam Graeci cachexian dicunt. ex qua passione frequenter summitates digitorum cadunt putre-

1 mente (mēte) c *(cf. Diosc. 3, 36. de murra 1, 77)*: mirte *p*. 2 modicum *c*. et (ol.) *c*: vel *p*. 5 sup *c*: sub *p* (umbilicum *cp*). *cf. Gal. XII, 76.* ĩposita *p*: apposita *c*. 6 *post* faciunt *haec addit unus c, quae licet Cassii esse non dubitem hic infra adscribo, ut leguntur*: Lumbricorum dolor sive tinee etıre ħ sunt carenum optimum ad tertias decoques ex eo dabis ieiunis examinatum. Item folia ocimi alii galli clarē voc̄ coligis et super ventrem inpones lumbricos excutiet. Alia radix polipodie i. felici *(Diosc. 4, 185. cf. Gal. XIV, 514)* depurgate ⁊ teris de ligno addis radīc innule ʒ VIII ⁊ si viridis fuerit radix filic̄ de suco conficis ſ(?)ecisum armoniacum 9 euforbii ʒ II fac̄ pilulas eı⁹ magnitudine que anno inicit s(?)e seu eas factas infundis in cervisa nova SS II. Si inventa non fuerit ex aqua calida dabis ubi mirre. SS. II decoxeris admittis anei ciatis II. aut sape. SS. II dabis bibendum ante horas IIII egici et vermiculos et tineas ante triduum sane debes eos cibari cum pane et posca bibere. 8 corporum *p*. 9 ⁊ similitudine *c*. elefantorum nominata. unde *sic cp*. 10 ut — passio *c*: *om. p*. 11 autem *om. p*. pacientes *c*: laborantes *p*. extantia riposa *p*, extanti anpossa *c*. quam *cp*. 12 ēcos etedes *c*, ēcosetodes *p* (ὄγκους ὀχθώδεις. *cf. Gal. XII, 827*). riposis *p*: rē possis *c*. 13 prominens *p*, promittes *c*. circa ventrem *c*. 14 cacexiam *c*, cacesiam *p*.

factae, et vox eis aspera efficitur et anhelitum fetidum emittunt. et fit ex putredine sanguinis corrupti circa cutem cruoris nigri vomitus, et immutatur in callosam qualitatem.

in curationibus vero in principio flebotomiam adhibebis cum secunda sanguinis detractione, quam epafaeresin vocant, et post VII aut XI detractionis dies iera logadio appellato antidoto pridie a cena observantibus in potione ieiunis dato ventrem purgabis tempore magis ferventi, sub cane aut post canem. nam **Hippocrates** in aforismis sic ait, sub cane aut post canem debere unum quemque purgatorio operari. quod antidotum iera facit ad universas melancholicas causas, et conficitur sic. murrae euforbii ʒ singulas ⟨semis⟩, agarici, ammoniaci, folii ellebori nigri, folii . . . ⟨dauci⟩ cretici, squillae assae, dacrydii, omnium specierum VII ʒ binas semis, coloquintidis interioris carnis, quam vulgus gelelam vocat, ʒ V, aloes, epithymi, hyperici, bdellii, marrubii, polypodii, thymi, cassiae, chamaedryos, ⟨dauci⟩ cretici, cinnamomi, ⟨omnium specierum XI⟩ ʒ binas, opopanacis, castorei, aristolochiae

2 mittunt *p*. 3 cutī *p*. 4 quantitatem *p*. 6 sanguinis *om. c*. 7 diem *cp* (*sed* post VII dies aut XI d. diem *c*). geralogodion *c*, xeralegodion *p (cf. Sim. s.* iera, *Steph. thes. V, 344 Par.)*. 8 appellatum antidotum *cp*. in potione *om. c*. 9 dato *c*: data *p*. 10 ypocras *c*, ypocrates *p*. 11 amforismis *c*, āphori. *p (Hipp. III, 727)*. unū q̧ purgatorium o. *c*, unum quemque purgatum o. *p*. 12 yera *p*. 13 casus *c*, caīs *(sic) p*. mirre *p*: hēr *(sic) c*. 14 ʒ singl'as *c*, an̄. ʒ. II. *p* (ī å ʒ IS. *p*°). armoniaci *cp (ut semper)*. elebori *cp*. 15 folii cretici *cp*. asse *c*: assate *p*. diagridii *p*, diagredii *c*. 16 omnium — semis *(om.* ʒ*) c*: an̄. ʒ II. et S. *p*. 17 carne quam guldus vulgus geldan vocāt *c*, cortices quos vulgus gelelā dicit *p* (*cf. Antidot. cod. Par. f. 86*ᵇ *1* „Cataputie catartice aloydarie. ℞ aloes epatice . diagridii . gelela (*sic p*° = gella) interiores carnes trium paria pondera . . .). *est gr.* ἐντεριώνη. 18 yperici — marubii *p*: *om. c*. cimi (= timi) *c*. 19 camedreos *cp*. dauci *iterum addidi*. c̊tici *(ut supra) p,* creti *c*. cinamomi. an̄. ʒ II — castorei *om. c*. 20 opopanace *p*. ologie. lo. (longa *c*) *cp*.

longae, piperis albi et longi et nigri, croci et sagapeni, petroselini macedonici, omnium specierum VIIII ℈ singulas, mellis despumati quod suffecerit. et est perfecta dosis ʒ IIII. aliquantis ʒ III dabis, secundum hominis crasin, id est naturam vel temperantiam corporis. et postquam diligenter fuerint purgati, lac asininum aut caprinum schiston appellatum, sicut in dysentericis, frequenter potui dabis, aut ptisanae sucum aut faeni graeci sucum similiter dabis ob lenificandam intestinorum rasuram ex antecedenti malo humore effectam.

aliud. ad elefantiasim. coriariorum rus herbae viridis suco cum vino tritae totum vultum penna illines.

aliud. ad strumam. amylum optimum adiuncto modico cumino albo cum ovi albumine tenui teres et horis serotinis totum vultum oblinies et per totam noctem siccari dimittes. tunc lucescente die frigida aqua lavabis. aliquando ob nimietatem callositatis etiam et guttae ammoniaci competentem modum supra dictis admiscemus.

smegma faciens ad vultum, ad nigredines et ad lentigines, quas facus appellant, et ad solis ustiones, quas efelidas dicunt. recipit ges asteros et cimoliae cretae ÷ binas, cerussae et specularis assati ÷ ternas, afronitri

1 albi longit ⁊ nigra *c*, al. ⁊ lō. ⁊ ni. *p*. 2 omnium specierum IX 3 singl'as *c*: an̄. ℈ I. *p*. 3 sufficit *cp*. 4 dabis *om. c*. 5 crasin: horasin *c*, horas ī *p*. vel *p*: et *c*. 7 sciton *c*, sciston *p*. disintericis *cp*. 8 potabis *cp*. tipsane *c*. sucum (*post* f. g.) *om. p*. 9 similiter *p*: frequenter *c*. linificandum *c*. 11 coriariorum *p*ᶜ: corvarum *p*, corariorum *c*. rus herbe viride *cp*. 12 sucum (—c̄ *p*) . . . tritum (—ū) *cp*. illinis *c*, linis *p*. 13 strumam *c*: —mas *p*. 14 c̄uíno *p* (*in marg.* ī å cumino al'.), cimino *c*. et cum *p*. tenui *p*: tunde *c*. 15 oblinies *c*: oblines *p*. siccare *cp*. 16 dimittis *cp*. 18 admiscuntur *c*. 19 smigma *cp*. et *om. c*. 20 facus *p*, fac᷒ *c*. 21 effilidas *c*, ⁊fellidas *p*. gesast'os *c*, gesastare *p*. ⁊ cimolie *c*: quimolie *p*. 22 ʒ binas *c*: an̄. ÷ III. *p*. ceruse specular assati an̄ ÷ III. *p*. assati *cp*.

albi ÷ I, fabae fresae pollinis lib̄ I. conficies et exinde vultum lavabis.

LXXIIII. Ad ragadas.

Ex antecedenti egestionis nimia duritia frequenter in sessu, quem Graeci edran vocant, diversa podicis vitia efficiuntur, ut sunt ragades, id est hiatus, et tumores, quos Graeci flegmonas, et condylomata, quae nos latino sermone dicimus tubercula.

propter ea curationis tempore cataplasma edricon appones, quod Latini sessorium dicunt. et conficitur sic. panis mundi medii infusi vino veteri et rosae siccae similiter infusae ʒ II, croci dimidiam, meliloti purgati sine semine in aqua cocti ʒ III, faeni graeci pollinis ʒ II, ovi assi vitellum unum, olei rosacei quod suffecerit.

alia quae appellatur a Graecis dactylice, id est podicalis, siquidem podicis vitia emendat. recipit cerae ÷ I, adipis anserini, plumbi combusti, ambarum specierum ÷ singulas semis, ysopi attici suci, butyri, cerussae, omnium trium ÷ binas. solubilia resolves et rasum cerotarium aridis commiscebis. summe ducit cicatricem in omnibus locis.

aliud medicamentum edricon, sycotice appellatum, ad condylomata et ragadas et ad podicis inversiones, quas

1 ÷ I. *p*: ʒ *(sine num.) c.* faue frixe *c.* l'. I. *p*, lib' I *c.* conficis *c*, —ce *p.* exinde *c*: inde *p.* 2 lavabis *c*: lava *p.* 3 Ad ragadias *c*, (ragadas *ind. p*), De diverso podicis vitio. ℞ *p.* 4 antecedentis *p* (—ti *c*). ī sesso *c*, incēsu *p* (incessu *p*[c]). 5 quam *cp.* greci *om. p.* edram *p*, edaot *(sic) c.* 6 ragade *p*, rapade *c.* 7 quos *c*: quas *p.* flegmones *cp.* 8 dicimus hoc uō sentula *c*, tubercula dicimus *p.* 11 medium *cp.* infusum *p*, *om. c.* rosa sicca s. infusa *p* (—e *c*). 12 melliloti *cp.* 14 sufficit *cp.* 15 aliud qb *c.* dactilice *c*: diartilice *p.* 16 ℞ *cp.* 17 ambarum — semīs *(sic) c*: an̄. ÷ I. S. *p.* 18 antici *c*, actici *p.* ceruse. an̄. ʒ II. *p.* 20 commisces *cp.* 22 ficotice *cp.* 23 ragades *c.* ad podicis i. *p*: ad ydropicum i. *c.*

Graeci ectropas vocant, et ad dolores intolerabiles. recipit spumae argenti, cerussae, mastices, omnium ÷ ternas, cerae ÷ VI, iusquiami viridis suci, olei myrtini libras singulas. quae sunt sicca teres cum suco iusquiami et sic cerotarium rasum admiscebis. et in usu tolles ex ipso medicamine et teres in mortario plumbeo cum rosaceo aut myrtino oleo donec crassescat, et illines locum. et si volueris, ex ipso medicamento emplastrum superimpones et ligabis.

LXXV. Ad idema.

Antiqui seu veteres medici dicunt esse idema, quod nos aquosam inflationem dicimus, subalbidam et laxam extantiam quae ostendat digitorum impressione designatas concavitates corporis resurgere. et fit vel generatur ex flegmatis substantia aut ex spiritu vaporoso circa pedes vel crura saepe eveniens in pthoes, hoc est in pthisicis et in cachexies, id est corporum malis habitudinibus. frequenter si cum tenui febricula contigerit, hydropicas superaffert passiones, et maxime in cachecticis corporibus, id est mala habitudine affectis, praesertim si et ventris fuerit cursus in isdem, ut dixi, passionibus, sub difficili temperantia corporis, quam Graeci dyscrasian vocant, stomachus nocetur.

1 hec tropas *c*, ēc̊pas *p*. ℞ *cp (cf. Petroc. p. 278)*. 2 mastici *c*, masēící *p*. 3 an̄. ÷ .III. *p*. l' singl'i *c*, an̄. l'. I. *p*. 5 admisces *p*, 9misces *c*. in usum *cp*: cum opus fuerit *Petr*. et ex *p*. 7 aut *p (Petr.)*: et *c*. illines *p*, —nis *c*. 8 īponis *cp*. 10 Ad hydema *c* (idema *ind. p*), De aquosa inflatione. ℞ *p*. 11 idema *p*, hidema *c*. quam *cp*. 12 subalbida et laxa extantia *cp*. 13 ostendat *p*: —dit *c (ad rem cf. Oribas. synops. 7, 35 ex Gal. X, 963)*. īpressiones *c*, —nem *p*. 14 corporis *om. p*. 16 pthoed' *c*, pthocs *(sic) p* (*ἐν φθόαις Gal. X, 953. XI, 101*). h̓ ʒ̉ tysicis *c*, .ī. ptisicis *p*. 17 cacexies *c*, cacexics *(sic) p*. malas habitudines *cp*. 18 ydropicas *cp*. 19 afferre *p*. caceoticis *c*, caceticis *p*. 21 hiisdem *c*, hisdem *p*. 22 discrassiā *c*, diatrasī *p (in marg.* ī å dīac͡ſian *pᶜ)*.

in curationibus vero si cum constrictione ventris fuerit passio, cataplasmabis laborantes ex faeni graeci et lini semine et hordei farina, adiuncto sufficienti cumino et ruta, hieme et lauri bacis cum modico melle et oleo. et postquam tuleris cataplasma, ante et retro cucurbitas dabis et lanis mundis loca tutabis et fasciabis. et ieiunis antidotum diureticum dabis superius in nefretica passione conscriptum. post haec epithima dia spermaton vel dia samsucu appones, et acri clystere ventrem deduces, aut certe oxymelle cathartico competenter purgabis, quod oxymel inferius in loco suo conscripsimus.

sin vero cum fervore et tensione et gravedine cum aliquanto dolore ipsam tumoris sive inflationis extantiam in cruribus senserint aegrotantes tempore quo magis deambulaverint, oportet sola crura per totum levioribus ac multis laceraturis scarifare eo modo quo superius ignem sacrum scarifare praecepimus, vel pro scarifatione sanguisugas appones. et post detractionem sanguinis factam poscam cum modico alumine temperabis, ex qua posca penicillos rudes ac molliores moderate expressos superpones et ligabis. et post dies III dia iteon emplastrum appones. aut certe illud quod a Graecis e barbaros ap-

1 vero *om. c.* 3 cimino *c*, c̄mīo *p.* 4 baccarum *c*, bacas *p.* 6 tubabis *(ut semper) p.* et fasciabis *c*: *om. p.* 7 diare(i ?)tic *p.* ī effretica *c*, ie fretica (superscr. in ne) *(sic) p*[c]. 8 epithimia *c*, epith'i *p.* diaspıātō *p.* dıas aú sucū *c*, dia sāsuc̄ *p.* 9 clisteri *c.* deducis *p*, —cit *c.* 10 oximel *c*, oxīel' *p.* oximel *c*, oxīel *p.* 11 inferius: *immo* superius *(c. 34).* inf. suo loco *p.* 12 Sin *c*: Si *p.* et tensione *om. p.* 13 ipsam tumoris *p*: ıp̄o tūore *c.* sive inflacionis extantia *c*, seu extantiam inflationibus *p.* 15 ac *p*: cū *c.* 16 scarificari *c* (—re *p*). eo *p*: eodem *c.* 17 acrem *c.* scarifare *(sic) p*: —ficare *c.* pro scarifatione: pro scarifare *(sic) cp.* 19 ex qua posca *p*: ex aqua *c.* 20 penicellos *cp.* moliores *c*: molles *p.* 21 ponis *cp.* .III. *(sic) cp.* dialte *c*, dial|ceo^n *(corr. obscur.) p.* 22 e: *om. cp* (*cf. c.* 38. 45).

pellatur similiter appones. novissimo vero si aliqua forte remanserint, dia thapsias sicut in ischiadicis uteris.

LXXVI. Ad hydropicos.

Est autem hydropica passio diffusio humoris aquosi cum inflatione secundum retentionem spiritus isdem laborantibus effecta. et sunt distantiae passionis duae, quarum una a veteribus ascites nominatur, id est utriculosa, ab epatis vel splenis aut stomachi vel renum saxietate creata. altera vero quae tympanites appellatur a pulmone contingit, ex quo pulmone sub ingenti ventositate venter inflatus ostenditur, ita ut cum fuerit inspicientis palma pulsatus, tympani sonitum faciat, unde nomen ut supra dixi passio tympanites accepit. sed illam primam quam asciten diximus haec signa secuntur. insurrectio ventris superdistensa et ⟨super⟩ inguina et crura, albida efficitur. quae inflatio cum digitis fuerit impressa concavitatis formam ostendit, quod Graeci entyposis vocant. ceterae vero superpositae partes macie attenuatae efficiuntur, ut thorax pectus brachia. etiam et potus nimia appetitio sequitur cum retentione humoris, ex qua retentione humor intra spatia ventris inclusus semipleni

1 novissime *c*. alique forte *c*, forte aliqua *p*. 2 diapta psia *c*. sciaticis *p*, —cū *c (cf. c. 52)*. 3 Ad ydropicos *c (ind. p)*, De ydropica passione *p*. 4 ydropica *cp*. 5 hisdem *cp (cf. c. 75)*. 6 due *p*, II. *c*. 7 asortes *c*, as(cli)sates *p*. articulosa *c*. 9 saxietate *p*, sanxietate *c*. ti(y c)mpanites *cp*. 11 venter: venti *p*, tenui *c*. inspicientes *c et ante corr. p*. 12 timpani *cp*. sonitum faciat *p*: sonum signant *c*. unde passio timpanites accepit *(sic) p*, unde nomen ut supra dixi passio timpanites nomen *(sic iterum)* accepit *c*. 13 illum primum quem *p*. 14 asciten *p*, asitos *c*. sequuntur *cp*. insurrectionem *c*. 15 super distensa et inguinum (—nū) et crura albida (—de *c*) efficiuntur *cp*. 17 entiposis *c*, ētípoſis *p*. 18 maciei tenuitate afficiuntur *p*. 19 ut *c*: et *p*. et brachia *p*. etiam *om. c*. 20 ex aqua redēcōē fumor t'ra spana vētrem pulsus s. v. *c*, qui retentione intra spatia ventris inclusus s. v. *p*.

utriculi similitudinem ostendit. unde nomen proprie passio ascites, ut dixi, accepit. tympaniten hydropem haec signa secuntur. insurrectio ventris et distensio praecordiorum et venarum subtractio. et ipse a supra dictis minus sitit. aliquando etiam peiorante passione tussi exagitantur. nam generaliter Hippocrates omnibus hydropicis, plus autem a pulmone patientibus, in aforismis sic ait: hydropicum si tussis obtinuerit, hoc est exagitaverit, sine spe efficitur. etenim tussis, secundum expositionem Magni iatrosofistae, si hydropicum ut supra dixi exagitaverit, aquosus omnis humor dissolvitur, ut per omne corpus effusio efficiatur.

ob diligentiam vero curationis chamaedryos, asarum, elelisfaci semen id est herbae salviae, dauci cretici semen id est pastinacae hortensis, petroselini macedonici, feniculi radicem, graminis radicem, haec et singulariter et simul in uno decoques in aqua et ipsam decoctionem mane et ad noctem potui dabis. et excludet vel inaniet

ἑφελκίς: iterum resolvuntur (ulcera) et in orificio aliquando certidiones (corticiones, —zones? *cf. adnot.*) ostendunt, quos Graeci efelcidas vocant 20.

ἐφηλίς: maculas nigras in vultu feminis ex abortione praecedenti factas vel adustione solis quas Graeci ephelidas (*g*, efelidas *c*, effilidas *p*) vocant 9. ad solis

ustiones quas efelidas (effilidas *c*, efellidas *p*) dicunt 73.

ἡλίωσις: solatione vero uteris quam eliosin dicunt 54. *cf. Cael. chr.* 4, 18 *etc.*

ἡμικράνιος: ad eius (*sc.* capitis) medietatis (dolorem) quem (quam *codd.*) emig(c)ranion vocant 1. aut ipsius membranae partis (passio) quam consuete emig(c)ranion dicunt *ib.* ad emig(c)ranion vero *etc.* ib. ex antecedenti dolore totius capitis aut emigranei (*sic g,* —nii *cp*) 29. *cf. Ps. Plin. med.* 1, 1 emigrania unguntur. ad emigranium *cod. Brux. Th. Prisc. p* 93[b] *et p. 102 ubi mox* emigranius pausat si . . . *Cael. chr.* 1, 4 dolor vehemens capitis totius aut dimidii quem consueto nomine hemicraniam (*sic ed.*) vocant. *Marc. p. 38. 39* (*ubi de codicis lectione non magis constat*). *Alex.* 1, 45—51 (emigraneus dolor, emigranea passio, emigraneum). *Escolap. chr. c.* 1: quodsi dimidium caput doluerit, emigraneum appellatur (*cod. Aug.*). trociscaria emigranica *ib.*

θεραπευτική: Galenus in sua therapeutice hoc est libris curationum 30.

θρόμβος: glebulas (globulos *Sim. s. v.*) sanguinis quas Graeci trombos (trumbos *c* = *Sim.*) appellant 30. gleboso (*al.* globoso) sanguine quem Graeci trombon (trumbon *c*) appellant 46. *cf. Cael. Aur. chr.* 2, 12. 4, 84 gelati sanguinis corpusculis quae θρόμβους appellant.

θρομβούμενος: si vero nigellus fuerit (sanguis) et veluti glebosus, quem Graeci tro(u *p*)mbumenon vocant 39. *cf. Cael. Aur. chr.* 4, 40 si gelatus obstiterit sanguis, quod Graeci θρόμβωσιν vocant.

θυμοί (*al.* θύμια *Cels. etc.*): (verrucae) in similitudinem summitatis tymi, unde a Graecis tymoe (tymos *g*, thimos *c*) appellantur 12 (*de origine nominis fere consentit Cels.* 5, 28, 14).

ἰκτερικός: icterici dicuntur morbo regio laborantes . . . sequitur . . . pallor corporis cum . . . crocei vel aurei coloris fantasia, unde ab aliquantis latine aurugo (aurigo *c, Sim.*) appellatur 49.

ἰκτερώδης: cum ingenti pallore ictericum morbum simulante, nam Graeci icteroden vocant 32.

ἰλιγγιῶντες: vertiginosos quos ilingiontas appellant 1, *ubi* ilicnuntas *g*, illi gnntas *c*, giuntas (*sic, in novi versus initio altera vocabuli parte per errorem omissa*) *p*, *quo ipso scilicet codice usus videri potest Simon Januensis (saec. XIV in.) qui sub litt. G* (!) *habet* „Giuntas grece vertigo Cass. Fe. etc.“ *atque hoc Simone recentior fuisse correctoris manus quae saec. XIV in p adscripserit* ili. *Cassius enim* „qui continet tractatus duos de pratica“ (*ut ait Simon in praef.*) *significat aut exem-*

plar Parisiense altero antidotario (i. e. libro II) post indicis capitula 81 sine discrimine auctum usque ad f. 90[b] *ubi* Expleto libro referamus gratiam christo — *aut ei simillimum (sunt enim quae non reperiantur in app. Par., velut quae citat Simon s.* diadiptamum, gerontica, ibiscus, leuce diapsimitium *etc., sunt etiam quae non respondeant lectionibus cod. Par., velut* menticon *illud Simonis* (= mentiton *c*!) *pro* rinenciton. *cf. s.* acrocordines *etc.*

ἴονϑοι: ionti (hionti) = (*tit.*) papillae quae in vultu nascuntur 7.

ἴσχαιμος: (dia sfongon) schemon id est . . . retinens sanguinem 30. anagargarisma schemon (*gc*, scemon *Sim. s. v.*) appellatum id est retinens sanguinem 39.

ἰσχίον: et est sciadica (—tica) causatio in vertebro quod Graeci uoxile (*sic c et Sim. s. v.*, coxile *p*) vocant 53. *cf. Sim.* s. ischion vertebrum scia (vertebrum = ἰσχίον *Cael.*, vertebrorum *v. l.* vertibulorum ossa = scia, ἰσχία *Isid.* 4, 7, 29).

ἰσχουρία: scuria (*cp Sim.*) id est ex toto urinae abstinentia 46. ad colum et iscuriam (*codd.* disuriam) id est urinae abstinentiam 51.

καϑημερινός — vid. ἀμφημερινός.

καί: ce (= et) 71 — *cf.* σιτώδης.

κακοήϑης: in aegritudinibus malignis quas Graeci cacoethes (cachoethes *c*, chachohetes *p*) appellant. *cp* 17.

κακόχυμος, κακοχυμία: in cacocymis (*g*, —cimis *cp*) corporibus id est malo humore possessis 26. ad humoris malignitatem quam cacoquimiam (*g*, captochimiam *p*) vocant 42.

καλαμίνϑη: nepetam viridem quam calaminten (—mitem *p*) vocant *p* 43. *cf. Gargil. 23.*

καρκινώδης: cancerosa ulceratio . . . gingivarum quam Graeci carcinoden vocant 32.

καρκίνωμα: ad omnia carcinomata matris id est cancerosa 79.

καρφολογία: aliquando e parietibus stipulas legunt (frenetici), quod Graeci carfologian appellant 62. *cf. Cael. ox.* 1, 21. 48 (carphologiam quae est festucarum levium a parietibus veluti detractio).

κατά: κατὰ ἕν — *vid.* ἕν.

κατ' ἴξιν: si una pars faucium tumuerit, ex ipsa parte quod Graeci atexin (*gp*, *l.* catixin) vocant, in brachio flebotomare 37.

κατὰ λόγον: secundum rationem curare quod Graeci catalogon appellant 20. 26. 27.

κατὰ σύμφυσιν: scrofas . . . connaturatione infixas quod Graeci cata sinfisin vocant 26. *cf. Demosthenes ap. Sim. s. v.*

καϑ' ὑπόρρυσιν: etiam et scema iacendi patientibus tale esse oportet ut semper (super *codd.*) orificium pendiginis iusum meatum habeat, quod

Graeci cata (h *add.* *cp*)yporrusin (*g*) vocant 19.

κατάρροια, κατάρρους: nimia toracis constrictione ex viscosi flegmatis infusione nata quam Graeci catereon (*gc*, catareon *p* — *leg.* catarian) sive catarrum vocant 34. frequenti catarro (—ru *g*) temptatis 36. (= influxio *Cael.*).

κατωτερικός: trociscus catotericus id est qui deorsum per podicis partes iniectus servando inferiores intestinorum partes medetur 48.

καῦσος: causos latino sermone febris incendiosa dicitur 61 (*cf. app. cod. Par. f.* 87^b universis viscerum incendiis convenit . . . et febribus incendiosis a grecis causoninis appellatis).

καυστικός: causticae . . . virtutis id est incensoriae 13.

καχεξία, καχεκτικός: corporis mala habitudine quam Graeci cacexiam vocant 32. *item* 43. 46. 73. in cacexies (*cp*) id est corporum malis habitudinibus 75. *Cael. chr.* 4, 18 *etc.* — in cacecticis corporibus id est mala habitudine affectis 3. 75.

κεγχρίας: aliud genus herpetis, quem Graeci cencrias (*sic*) vocant, siquidem in superficio cutis pustulas minutas milio similes ostendit. quam Latini vulgo araneam verrinam vocant. 25.

κένωσις: vacuationem aliquam facere quam cenosin vocant sive per clisterem acrem adhibitum sive per purgatorium datum sive per flebotomiam 55. *cf. Cael. chr.* 3, 148 (vehementem humoris detractionem . . . quam Graeci *κένωσιν* vocant).

κεφαλαία: tardum sive inveteratum capitis dolorem quem Graeci cephaleam appellant 1. *cf. Cael. chr.* 1, 4.

κεφαλόποδες (?): vel (?) pedes quos appellant cephalopodas 40.

κιονίς: (uva) si fuerit longa et tenuis et in folliculi sui summitate plurimum humoris habuerit, cionis (cyonis *g*) appellatur 35.

κνησμονή: pruriginem omnem Graeci cnesmonen (henesmoncam *c*, henesionem *p* *cf. Sim. s.* henesmone) vocant 16.

κόκκος κνίδιος: cocci gnidii id est seminis turbisci 76 (*cf. ib.* cocci gnidii optimi id est non vetustissimi sed novelli ex locis maritimis collecti grana *etc.*). *cf. Diosc.* 4, 170 *θυμέλαια, οἱ δὲ χαμέλαιαν . . . ἐκ ταύτης ὁ κνίδιος κόκκος καρπὸς ὢν συλλέγεται . . . πλανῶνται δὲ νομίζοντες τὸν κνίδιον κόκκον τῆς χαμελαίας* (*de qua Diosc.* 4, 169) *εἶναι κάρπον ἀπατώμενοι διὰ τὸ τῶν φύλλων ὁμοειδές. recte igitur inter chamelaeam et coccum cnidium distinguere videtur Cael. Aur. (i. e. Soranus) chr. 3, 138. confunduntur tamen thymelaea et chamelaea, ut a Plinio* (13, 114), *ita post Dioscoridem, ut chamelaeae simpliciter dicatur granum cnidium* [*ita etiam Galenus, qui omittit thyme-*

laeam, κνέωρον *vocari dicit chamelaeam* (XIII, 263) *quae thymelaea est Dioscoridis* . . . τὰ δὲ φύλλα ἅπερ ἰδίως καλεῖται κνέωρον 4, 170] *et apud Pseudo-Apuleium* (*cap. de lathyride* 111, *de qua D.* 4, 164 = *Plin.* 27, 95 *cf. Gal. antemb. XIX*, *734. Ap. c. 109 confundit chamaeleonem etiam et chamelaeam i. coccum*). *et a Caelio chr.* 5, 11 chamelaeae semen quod Graeci coccum Cnidium vocant *et ab Alexandri interprete lat.* (*saec. VII init.*) II, 153 (*cf. gr.* IX, 2 *p.* 516 *Bas.*), *ubi* camelee . . . *addit* unde cocognidion colligitur. *quem Alex. citat Simon Ian. s.* camelea grece quasi infima oliva dicta (*cf. Mattheus Silvaticus c. 129* „et est plantaque vocatur olivella" *idemque s.* turbiscon i. olivella. et est laxativa que est species laureole) eo quod folia habet similia foliis olive . . . et semen eius est cocognidion *etc. cf. idem s.* cocognidium, *ubi addit* qui dicunt cocognidium semen esse laureole non noverunt veritatem (*nec novit corrector codicis Cassii Paris. cui* videtur quod turbiscus sit laureola). *laureola enim* (*ut Sim. s. v. et s.* dafnoides) *est* δαφνοειδές *Diosc.* 4, 146 *quod alii* χαμαιδάφνην (*quam distinguit Diosc. 4, 147*) *secundum editorem* (*saec. VI*) *graeci Dioscoridis ad litteras dispositi ad D. 4, 146 et 147* δαφνοειδὲς . . . οἱ δὲ χαμαιδάφνην — χαμαιδάφνη . . . οἱ δὲ δαφνίτην (*i. e.* δαφνοειδές) . . . Ῥωμαῖοι λαυρέολα. *erat autem quod Simonis causa dico, laureola* („dafnoides id est laureola") *in vetere Diosc. translatione latina* (*quam citat Mattheus Silvaticus s. camelea*). *ceterum de tribus his eiusdem generis* (*Daphne*) *speciebus vid. Fraas flor. class. p. 224 sq. cf. Matth. Silv. c. 129.*

turbisci novum est vocabulum, cui antiquus nunc testis Cassius accedit iis quae collegit Simon Ianuensis. hic enim, qui sub v. timelea Dioscorides aut camelea. multi istam cocognidion dixerunt quia (quod?) maxime semen turbisci est (*sequuntur deinde verba Diosc. de thymelaea et Plinii*), *haec addit s.* camelea . . . liber antiquus de simplici medicina „camelea sive turbiscus quasi olea terrestris" etc. liber de doctrina greca „idem camelea turbiscus" etc. *atque sic revera etiam in libro q. d. de herbis Galeni* et *Apulei et Chironis* (*Anecd.* II, 122) *c. 93 de camelea:* Camelea hoc est turbiscum. folia habet similia oleastro et amara (*etc.* = D. 4, 169 *de chamelaea*) . . . semen eius siccum coccum gnidium (coccu | nidium *cod.*) dicitur.

cf. Isidor. or. 17, 7, 56 turbiscus quod de uno cespite eius multa virgulta surgunt quasi turba (*nil ultra ille*).

κόλλησις, κολλητικός: collesin . . . id est glutinationem 18. colleticam (collecticam

gp, Sim. s. v.) virtutem id est glutinatoriam 39.

κολλώδης: glutinosum flegma quod Graeci collodes (coliode *gcp*, colliade *Sim. s. v.*) vocant 34.

κόλον (*unde* κολική): totius ipsius intestini, quod Graeci consuete colon appellant, quod aliquanti inferiorem ventriculum dicunt 51 (*cf. Poll.* 2, 209 καλεῖται κόλον καὶ κάτω κοιλία).

κόλπος: pendigines vel sinus (ulcerum *Sim. s.* colfos) Graeci colpus (colfus, —fos *gp cf.* 19 colfi ipsius *g*) vocaverunt 19. encolpizabis (encolpismum) *id est* supino scemate iacentis in sinum mulieris infundes quem Graeci colpon (colfon *p*) appellant 78.

κονδύλωμα: condilomata quae nos latino sermone dicimus tubercula 74 (*cf. Cael. chr.* 2, 129 tubercula quae Graeci condylomata vocant).

κοῦφος: cucurbitas cufas id est levi cum appositione deduces 71 (*cf. Cael. ox.* 1, 78. 79. *chr.* 1, 77 *in eadem re etc.*) . . . *item* blande deduces 77.

κρᾶσις: naturam sive temperantiam corporis quam Graeci crasin appellant 39 (*ubi citatur* Galenus libris pericraseon appellatis in quibus de temperantia corporis scribit). secundum hominis crasin id est naturam vel temperantiam corporis 73.

κριτικός: sunt autem dies critici (cretici *cp*) quibus per sudorem prospera determinatio febrium sive discussio fieri solet 61.

κροκυδισμός: crocidismos id est flocorum electio, si quidem digitis frequenter ipsi patientes (frenetici) operimenta attractare videantur 62. *cf. Cael. ox.* 1, 21. 48.

κωδύα: codias id est papaveris agrestis capitella 62 (μήκωνος κωδύας).

λαχανώδης: holerosus — *vid.* **σιτώδης.**

λειεντερικοί: lienterici dicuntur qui . . . cibos . . . indigestos . . . tamquam per levem intestinorum lapsum egerunt 47 (*cf. Isid.* 4, 27, 37. λειεντερία = levitas intestinorum *Cels.*).

λειχήν: impetigines quas Graeci lichenas (*sic gp,* lichiunas *c*) vocant, Latini vulgo zernas appellant 11.

λειχηνικός: trociscus appellatus a Graecis lichenicos⟨i.⟩ medens impetigines 11.

λειχηνώδης: maculae . . . asperae veluti zernosae, quas Graeci licenodes (licedones *p cum Sim. s. v.*) vocant 9.

λεπίς: corticosas squamulas in cute ostendunt quas Graeci lepidas vocant. unde nomen a Graecis lepra accepit 15. super inducta lepida (*sic gcp*) quam nos squamulam dicimus 20.

λήμη: egestiones sive pituitas oculorum quas Graeci lemas vocant 29. *cf. Dem. ap. Sim.* s. lēnas (= *Cass. cod. p*) *et s.* lema: lemas inquit vocant Graeci grana parva sicca ac dura in oculis apparentia,

quas gramas etiam vocant. (*Cael. ox.* 2, 30 oculos lemis obsitos vel lacrimantes. *cf. Plin.* 23, 49).

λιθιῶντες: calculosis quos litiuntas (*p*, lithiuitas *pro* lithuntas *c*) vocant 45 (*Sim. s.* lithyasis).

λιπαρός: aluminis lipari id est liquidi 48. *item* 42 (*cit. Simon s.* alumen). *et simpliciter* alumen liparum 4. 10. 32 (rotundum *ut supra scripsit* g^c 4. 42).

λιποθυμία: cum ingenti animi defectu quam lipotomian (*g*, lippotomiam *Sim. s. v.*) vocant 21.

λογάδιος: (ἱερά 73) — *vid. ad. p. 176, 7.*

λυσσόδηκτος: lissodecti (—denti *cp*) id est qui rabidos morsus incurrerunt 67.

μακρονοσία: macronosia laborantibus id est longa aegritudine 4. pessimam aegritudinem et prolixam ostendit, quam Graeci macronosian vocant 30. prolixam aegritudinem ostendit, quam macronosian dicunt 61.

μαλακτικός: pessus malacticus id est mollitorius 78.

μαλόβαθρον: folii (follis *p*) barbarici (*i. e.* indici, *vid. Diosc.* 1, 11) id est malobatri 45.

μανία: maniam facit, quam nos insaniam dicimus 61.

μαρσύπιον: vaporabis marsupio id est sacculo torrido sale repleto 27.

μασώμενος: apoflegmatismum masticatorium oportet adhibere quem Graeci masumenon vocant *cp 32* (*cf. Sim. s.* māsumē).

μετασυγκριτικός: adiutoria metasincri(e)tica id est quae renovare valeant temperiem corporis naturalem 8 (= recorporativa *Diosc.*, *Oribas.*, *Alex.*, *Demosth. apud Simon. s. v.*, *item Cael. Aurel. chr.* 1, 112 *etc. cf. Gal.* X, 268). sunt enim (aquae calidae) virtutis metasincriticae hoc est quae valeant naturalem temperiem corporis renovare 46. *cf.* 21 electuario ⟨meta⟩sincritico (sincretico *codd. cum Sim. s. v.*) id est quod valeat occultam collectionem rumpere.

μετάφρενον: aliquando et a tergo dolorem inter scapulas sentiunt, quod Graeci metafrenon dicunt 34. altera a tergo inter scapulas quod metafrenon dicunt 39 (*cf. Simon s. v.* . . . psalterio . . . posteriora dorsi).

μήλινος: cum vino melino id est granaticio 47 (*sed* oleum melinum 42 *sec. Diosc.* 1, 55 *est κυδωνίων μήλων, ut μηλόμελι = κυδωνόμελι* 5, 29. *cf.* emplastrum „melinon Vespasiani" 21 *etc.*).

μητρεγχύτης: encolpizabis (encolpismum) per corneum metrenciten appellatum 78.

μητρομανία: metromaniam latino sermone matricis furores sive insaniam dicimus 79.

μικροσφυξία: pulsus parvitas, quam microsfixian vocant 42. 62. 64.

μορία: interiora membra corrumpat quae Graeci moria

vocant 21 (*cf. Sim. s.* morion). quo possint interiora corporis membra quae Graeci moria vocant . . . relevari 34. quo possint interiora membra a Graecis moria appellata relaxationis medelam percipere 37.

μυρμηκίαι: (verrucae) quae cum digito fuerint impressae dolorem faciunt similem morsibus formicarum, unde graeco nomine my(i)rmecias nomen acceperunt 12.

νάρκη *τῆς αἰσθήσεως*: cum perfrictione et torpore sensus quod Graeci narcodes esteseos (*cp, cf. not. et Sim. s.* narchodes) vocant 29 (*leg.* quem Gr. narcen tes e. v.).

νεφριτικός: nefretica (*sic etiam g* 21 *cf. Sim.* nefriticos grece nefreticus) passio id est renalis 45 (*cf.* 21. 75). *etiam ap. Cael. chr.* 5, 52 renalis passio (*νεφρῖτις* = nefresis *Sim. s. v., codd. Isid. or.* 4, 7, 24 *etc.*).

νόθος: non manifestus (tipus) tertianus a Graecis nothus appellatur. 58.

νωτικὸς (*vulgo νωτιαῖος*) *μυελός*: et dorsalis medulla perfrixerit, quam Graeci noticon (nauticon *g*) mielon vocant 38.

ξανθὴ *χολή*: fellis flavi quod Graeci (e)xanten cholen vocant 24. flavi fellis id est rubei, quod Graeci (e)xanten colen vocant 57.

cf. (e)xanton medicamentum 20 (*et* „Cass. Fe. in antidotario confectione dicta exantoxemon" *ap. Sim. s.* catastalticum).

ξηρόβηξ — *vid. s. βήξ* (xerobeches).

ξηρολουσία: sicca lavatio quae a Graecis xerolusia appellatur 76.

ξηροφθαλμία: ad xeroptalmiam id est siccam lippitudinem 29 (*bis*). *cf. Cels. 6, 6* (*arida lipp.*). *cf.* (o)xira medicamentum 45.

ὀβολός: aut opopanacis obolos duos id est scripulum unum (*g*) 38. *cf. Sim. s.* obolus . . . in pratica Cassii oboli duo faciunt scrupulum I (*idem ait Celsus* 5, 17, 2).

ὄγκος *ὀχθώδης*: extantiae riposae, quas Graeci oncos octodes (encos etodes *pc*) vocant id est riposis verticibus prominentes 73.

ὀδοντότριμμα: dentifricium quod Graeci odontotrimma vocant 32.

ὄζαινα: ozaenas (ozerne *c*, zernas *p cf. Sim. s.* ozimie, *Alex. ed. Pap.* 1, 131 ozime vel ozene) quas nos fetores narium dicimus 31 (*cf. ib.* quod a Graecis appellatur ozaenicon *sc.* medicamentum).

οἴδημα: idema (*p*, hidema *c*), quod nos aquosam inflationem dicimus 75 (inflationem *simpl. Cael. chr.* 4, 83). *cf. Sim. s.* idema . . . per oi diphthongum scribitur *et s.* ydema (*ex Demosth.*).

οἰνόμελι: mulsam ex vino melle temperato (—tam *cp Sim.*) quam appellant Graeci i(y *p*)nomelitos (*sic cp et Sim. s.* inomel *et s.* mulsa) 49.

quod appellatur a Graecis cionomelitos (*sic cp*) *describitur c.* 61.

ὀνίσκος: asellos quos Graeci oniscos dicunt 28 (nos vero porcelliones vocamus *ait Simon s.* oniscūte, *cf. s.* porcelliones *ubi pro Cassio errans citat Dioscoridem, ex Th. Prisc. 2, 14 f.* 45ᵇ oniscos quos porcelliones appellamus).

ὀξάλμη: in aceto salso infundes quod Graeci oxalmin (oxasmin *gc,* oxomion *p*) vocant 20. cum aceto salito infundes, quod Graeci oxalmen (oxalmē *p*, oxamel *c*) vocant 28.

(**ὀξύτης**): et sunt ictericorum distantiae duae, una cum febricula, et appellatur a Graecis oxites (oxia? ὀξύτης?) id est acuta, altera sine febre diuturna quae appellatur cronites (cronia? χρονιότης) 49. *cf. c.* 30 in aegritudine acuta id est celeri.

ὀξυδερκικός: xero collyrium acuens visum, quod Graeci oxidercicon vocant 29 *et ib. mox* fomentum oculis acuens visum quod Graeci oxidercicon vocant (*ubi* oxidorcion *bis g,* oxidortium *Sim.*).

ὀξυρόδινον: oxyrodino id est aceto et rosaceo oleo ex lanis sucidis embrocabis 33 (*cf.* 1). embroce uteris ... ex aceto et rosaceo, quod oxirodinon vocant 61. 71.

ὀρθόπνοια: et ortopnia (*g,* —tonia *c*, —tomia *p*) aliter dicitur, si quidem recto scemate iacentes praefocantur aegroti 41. ortopnoicis (orthomnoicis *c*) id est is qui ... recto scemate iacentes praefocantur 43.

ὀρός: oros enim sanguinis qui latine serum appellatur 46 (aqua *vel* liquor *lactis ap. Th. Prisc. et Cael.*).

οὐρητικὸς πόρος: circa urinales vias quas Graeci uriticus porus vocant 51 (*cf.* 46). *cf. Cael. chr.* 5, 58 *etc.*

παιδικόν: collyrio tracomatico uteris, quod appellant pedicon id est puerile 29.

παραπληξία 65 — *vid.* **ἀποπληξία.**

παρέκχυσις: epithima ... conveniens hydropicis ad diffusiones humoris per totum corpus, quas parecchisis (parathisis *c,* parenchisis *p*, *cf. Cael. chr.* 3, 97) dicunt 76.

πάρεσις: sin vero paresis (parresis *g*) fuerit stomachi id est paralysis 42.

παρωτίδες: nascuntur parotides (—de *c*) circa aurium partes, unde nomine graeco sic vocantur 17.

πατητοί: aut trigonum (trociscum) admixtis palmulis calcatis, patetoe (pateton *codd.*) a Graecis appellantur 33. *cf. Cael. ox.* 2, 108 apponentes palmulas quas patetos vocant contritas. *chr.* 4, 542 palmulis quas patetos appellant, quae concisae ... mederi valebunt. *Plin.* 13, 45 tertium ... genus (pomorum palmae) patetoe ... calcatis similes. *Simon s.* patitos dactilos vocant Greci humidos pinguesque *etc.* (*cit. Gal., Alex., Demosth.*).

περικράνιος: totius membranae quae ossa capitis desuper circumvestit superposita ossibus subposita cuti, et appellatur a Graecis perig(c)ranion (*sic*) 1. *cf. mox ib.* membranae pericranion supra dictae (*τὸν περικράνιον ὑμένα Orib.* 44, 8 *etc.*).

περιτόναιον: cogente interclusa ventositate inter cutem et peritoneon membranam, quam vulgo mappam dicunt, quae ventrem sub cute circumvestit 51. (membranae maioris q. p. v. quae omnia interius tegit atque continet viscera *Cael. ox.* 3, 140.)

πέψις: postquam aegritudo pepsin fecerit id est digestionem 55 (*cf.* 57. 58).

πίεσμα: mirobalani piesmatos (*sic cp*) id est expressionis 16 (*πρὸς κνησμοὺς Diosc.* 4, 158).

πικρά: picra (pigra *gcp*) Galeni id est amara 42.

πιτυίνη: resinae pinalis quam pituinam (pithima *c*, pitimia *p Sim. s. v.*) dicunt 76 (abietalem *Sim. ex Diosc.*, pineam *Celsus*).

πιτυρίασις: cantabriem (capitis) Graeci pitiriasin vocant (*a squamulis cantabro similibus*) 6 (pit. id est furfures *Alex. lat.* 1, 15 *cf. Sim. s.* cantabricies vel cantabricium *sic*).

πλαδάρωσις: humectationem (stomachi) quam pladarosin vocant 42 (*cf. app. Par. f.* 86[a] stomachum humectum habentibus quod greci pla- ...ron dicunt).

πλατυκορίασις: et nominatur talis suffusio (oculorum ex antecedenti dolore capitis) platicoriasis id est dilatatio pupulae 29.

πληθωρικός: si et pletoricum (plectoricum *gcp*) corpus habuerint aegrotantes, quod nos latino sermone abundabile (habile *gp*, decabilē *c*) dicimus sive multitudine suci plenum 38. si . . . pletoricum (plectoricum *cp et ante corr. g cf. Sim.* pletoricos plectoricus plenus repletus etc.) corpus aegrotus ostenderit id est multitudine suci plenum 41. *cf. c. l.* . . quod Graeci pleton (*gcp*) vocant („Plethon grece plenus Cass. fe.").

πολύαιμος: iuvenibus vel plurimo sanguine naturaliter abundantibus, quos poliemos vocant 30 *et similiter* 6.

πολυπόδιον: radix polipodii id est filicis 72 (*in addit. cod. c*) *cf. Plin.* 26, 58 polypodii, quam nostri filiculam vocant, similis filici radix = *φιλίκουλα in recens. alphab. Dioscoridis ad* 4, 185 *ubi dicitur ὅμοιον τῇ πτέριδι* i. e. filici *Diosc. lat. ap. Sim. s. v.* (*Apul. herb.* 76 Nomen herbę filicem Alii perion dicunt *cod. Cassin.* = Herba fe(i *corr.*)licem Alii pterigion dicunt *cod. Vrat. cf.* radiolus = fi(e)licina, similis filici *Ap.* 83). „ab Y. in libro de regimine acutorum filichinum vocatur" *add. Simon ib.*, *cf. s.* ptereos (*cit. Alex. lat.* 2, 84 ptireos — *pro* sereos — i. filicis sucos *et Orib. lat.*

VI, 607 ptereos herbae quam Romani — *sic cod. Par. ubi nos Laud.* — felicem vocant = *Eupor.* 4, 91 πτέριδος ἡ ῥίζα).

πολύτρητος: tibiam ... multis cavernulis perforatam quae appellatur politretos (*p*) 48.

πρασοειδής: in similitudinem coloris foliorum viridium porri coleram (colera *g*) vomunt, quam prasoiden (prasohide *g*, *cf.* prassina colera *ex hoc cap. Sim. s. v. et* fellis prasii *Cael. ox.* 3, 194) vocant 21. *cf.* διὰ πρασσίου.

πρόπτωσις: proptosis vero est oculorum ex nimio tumore prominens casus 29 *Sim. s.* „proptosis: Demo. est inquit prominentia precadentis oculi“, *cf. ap. Sim. s.* protosis). — matricis prominentem casum, quem Graeci proptosin vocant 78.

πταρμικός: ptarmico medicamento id est sternutatorio 71 (*cf. Sim.*).

πτύγμα: ptigmatis (tigmata *c*, pimata *p*, ptimmata p^c) id est pannis calidis ex decoctione ... uteris 66. ptigmate (tigmate *codd.*) fovebis id est calida aqua in qua decocta sunt *etc.* 2. *cf.* 18 ptigmate (tigma *g*, tigmate *p*, stigma *c*). 51. 61. 62. 82. *Cael. chr.* 3, 22 pannorum vel plagellarum quae Graeci ptygmata vocant. — *cf.* duplicata linteola 20.

ῥαγάδες: podicis vitia ... ut sunt ragades id est hiatus 74.

ῥευματική: et appellatur a Graecis reumatice diathesis id est reumatica passio 23.

ῥιζωνυχίαι: ad rizonichia (*sic*) id est radices unguium 13 (*cf. Sim. s.* chrisonichia). *Sim. Jan. s.* „rhizentia (rizoncia *Matth. S.*) grece Cassius Felix in antidotario. sunt radices dure que in ulceribus apostematum iam vacuatorum remanent etc.“

ῥινέγχυτον: apoflegmatismum qui naribus infunditur, et a Graecis appellatur rinenciton 49 (*et* ferramentum *quo infunditur* rinenchyton *Cael. Aur.* 375. 445 = ῥινεγχύτης).

ῥυπαρός: hic tipus (*tertiane nothe*) sordidus a Graecis riparos appellatus 58.

ῥωγμός: stridor ille interior gutturis resonat quem Graeci rogmon (ragmon *c*, regmon *p*) appellant 66. *cf.* (*in eadem peripleumonia*) *Cael. Aur. ox.* 2, 145 pectoris resonans stridor quem rogmon appellant.

σηπτικός: septicae virtutis id est ... putrificatoriae 13.

σιτώδες: cibis inprimis triticeis et holerosis nutries, nam Graeci sitodes (—dis *cp*) ce lacanodis (celaconodis *cp*) dicunt 71. *cf. Simon s.* sitos .. sition sitodes Demosthenes capitulo de optalmia: sic vocant greci frumentosum cibum.

σκίρρωσις: ad duritiam splenis vel saxietatem, quam ⟨Graeci⟩ scirrosin (scirosin *s.* sclirosin — *cf. Simon s.* scirodes — *codd.*) dicunt 43. nimia tensio vel saxietas, quam scirrosin (scirosin *s.* sirosin *codd.*) vocant 76. *cf. Cael. Aurel. chr.* 3, 49 in

iecore . . . duritia atque saxitate, quam scirrosin vocant.

σκοτωματικός: ad tenebrosos quos scotomaticos dicunt 1. scotomaticis id est qui subito ante oculos tenebras patiuntur 71.

σταλτικός: cucurbitas stalticas id est constrictorias 33. 47 (*cf. Cael. Aur. chr.* 2, 103 cucurbitam constrictivam). stalticis id est constrictoriis 72. *cf. Sim. s. v.* . . . Cass. Fe. capitulo (33) de tussi humida: stalticas Greci constrictivas vocant.

σταφυλή: stafyle (stafile *g*) a Graecis appellatur, quam nos uvam dicimus 35.

στέαρ: unde . . . steatomata vocantur. nam Graeci adipem stear dicunt 27.

στερεός: ciborum qualitas . . . oportet esse sicca vel solida aut corpulenta, quam Graeci sterean (sterea *codd.*) vocant 33.

στίγμα: stigmata dicuntur characteres nominati, quos militantium manus vel feminarum Maurarum vultus ostendit 13. *cf. Sim. s. v.* . . . Cass. Fe. stigmata cicatrices.

στοματική: confectio oralis, quam Graeci stomaticen vocant 36.

στρογγυλοτομία: rotundam (incisuram) quam Graeci strongylotomian vocant 18.

στρόφος: ad strofum id est tortum ventris 50.

συγκοπή: aliquanti . . . hanc passionem (cardiacam) sincopen appellaverunt id est amputationem 64. *cf. Alex.* 3, 21 quedam ruine virtutis quas greci sincopas vocant (*sic etiam Guinterius retinuit in versione sua quae ad exemplar veteris latinae facta est ed. Bas.* 1556 *p.* 697).

συγκριτικός — *vid.* μετασυγκριτικός.

σύκωσις: ad sycosin (palpebrarum) quam nos ficitatem dicimus, siquidem similis granis fici in palpebris versatis asperitas reperiatur 29 (*cf. Demosth. ap. Sim. s.* sicosis). — sicotice (*med.*) 74.

σύμπασμα: simpasmate tali uti oportet . . . cribellata in balneo aspergenda 6 (7. 8. 76). *cf. Cael. Aur. ox.* 2, 218 (*chr.* 3, 93. 5, 39. 76) sympasmatibus utentes quae nos aspergines dixerimus.

συμπεπτικόν: simpepticon medicamentum id est condigestorium 42.

σύμπτωματα: quae a Graecis simptomata appellantur, nos vero accidentia dicimus (*c, vel* dicere poterimus *p*) 46. *cf. C. A. chr.* 4, 14 symptoma . . . quod nos accidens dicere poterimus. 3, 131 accidentia passionum quae Graeci symptomata vocant. *ox.* 1, 71. 2, 30 *etc.*

συναγχικός — *vid. s.* ἀγχόνη.

συνεχής: nam Graeci continuam (spirationem) vel iugem syneci (sinecim *gp*, sinecem *Sim. s.* sinanchis) appellant 37.

σύνοχος: ad iugem sive continuam febrem quam Graeci sinocon dicunt 61.

σύριγξ: fistulas Graeci sirin-

gas appellant 20. *cf.* siringotomo *ib.*

σχιστόν: sciston dicunt Graeci lac in quo lapides fluviales incensi mittuntur sive extinguntur 62. *cf. ind. Anthim. s.* petrae.

τένοντες: musculorum et nervorum cervicis quos tenontas (tetanos *gcp*) dicimus 38. a nervis cervicis quos tenontas (tonantes *c*, tetanos *p*) dicunt 72. *cf. Cael. Aur. chr.* 1, 89 omne caput cum nervis maioribus quos tenontas appellant (*id. chr.* 5, 32 spinae maioribus nervis quos tenontas appellant. *cf. ox.* 2, 20 *etc. Sim. s.* tenontas: Demosthenes nervi, inquit, cervicis quos greci tenontas vocant *etc.*).

τερηδών: aliud cancri dentis genus ... tumor ... qui ipsam buccam perforet, quod Graeci teredona vocant 32 (*cf. Gal.* XIX, 443. *Sor. qu. med.* 227 *sq.*).

τετράριζοι: illi maiores (dentes) vel molares qui quattuor radicibus fixi esse noscuntur, quos Graeci tetrarizus vocant 32.

τεφρώδης: ulceratio ... cinericio colore fuscata, quem tefroden vocant 36.

τιλτόν: molli (moto?) tilto (μότῳ τιλτῷ) vel strictorio 19. *cf.* tiltarium.

τονωτικόν: tonoticon ... medicamentum id est confortatorium 42. epithimate tonotico uteris id est confortatorio 42. antidotum tonoticon id est proficiens adversus debilitatem (epatis) 44. *cf. c.* 42 species tonoticas admiscebis.

τοπικά: topica adiutoria adhibere quae nos localia dicimus 2. adiutoria localia quae topica appellant 1. topicis adiutoriis uteris id est localibus 66. topicis medicamentis id est localibus 31.

τραχώματα: ad tracomata id est asperitates palpebrarum 29 (*item Paulus ap. Sim. s. v.*) — collyrio tracomatico *ib.* (*cf. Gal.* X, 1018).

τρίσπερμον: trispermo cataplasmabis id est tribus seminibus ex feni graeci et seminis lini et hordei (tritici 66) pollinibus cum aqua et oleo et modico melle concoctis 59. *cf.* 34. 66. *et Paul. ap. Sim. s. v.*

τριχοκόλλημα: tricocollima capillis oculorum ligandis 29.

τροχίσκος: cerae modicum admiscebis et rotulas finges, quas Graeci trociscos vocant 32. (trociscus trigonus 33. 39. 40.)

ὑδρέλαιον: ex ydrelaeo (idroleo *codd.*) calido id est ex aqua calida et oleo 54. ex ydrelaeo id est ex aqua calida et oleo 65. (57.)

ὑδροφοβικοί: ydrofobici efficiuntur id est aquam timentes 67.

ὑπεζωκός: hypezocotos (hipediocotā *cp*) id est laterum membranae 66. *cf. Cael. Aur. chr.* 2, 127. 5, 95.

ὑπερέγχριστον: collyrium superinunctorium quod Graeci

hyperenchriston (yperechriston *g*) vocant 29.

υπερῴα: per palatum purgabis quod Graeci dia tes yperoas dicunt 1.

ὑπόθετον: collyrium suppositorium (*ad disenteriam*) quod Graeci ypotheton (ipoteton *c*) vocant 48. *cf. in eadem re Alex.* 2, 97 „ipoteca i. suppositorium".

ὑποκαπνιστός: suffumatorius (*sic g*, trociscus quem Graeci ypocapniston vocant 21. *item* 33 (*cf. Plin. med. Rom. 1, 61*). 41. 77.

ὑπόσφαγμα: ad hiposfaumata (*sic g*, hipostumata *Sim.*, *cf. c*) id est ad suffusionem sanguinis (ex antecedenti percussu in oculis factam) 29. *cf. Sim. s.* hypostumata *et* s. ypofragma (*sic!*).

ὑπώπια (= ὑποφθάλμια *Gal.* XII, 804): ad ipopia (*sic g*) id est livores palpebrarum 29. *cf. Demo. ap. Sim. s.* ipopios . . . alibi . . . vocat livorem sub oculo vel ipsis palpebris. *diff.* ὑπόπυος: hypopyos (hipopios *g*) oculos sanat 29 (*cf. Demo. ap. Sim. ib.* ypopios oftalmos appellatur cum ipso oculo inerit sanies purulenta *etc. et addit Simon*: „si sic est per. y. psilon melius scribitur").

φακοί: ad lentigines, quas facus appellant 73.

φαρμακεία: „catharticum datum, quod farmacian (?) appellant, solvit... (*ex Hipp. aph.* III, 753 *Lips.*, *ubi* φαρμακοποσίη) 29. (*cf.* pharmacia = medicaminum regula *C. A.*)

φάσσα: palumbus quem Graeci fassan appellant 48.

φθειρίασις: pediculosa passio . . . quam Graeci pthiriasin (pyasin *g*, pyriasin g^c, ptiriasin *pc*) vocant 3.

φθόη: eveniens in pthoes (ἐν φθόαις) hoc est in pthisicis 75 (*de* pthisicis — ptisici, ptisica passio *sic et g Cass. c.* 40 *etc.* — *cf. Sim. s.* „ptisis . . . non scribitur apud Grecos cum pt sed cum fth ut fthisis").

φιλολουτροῦντες: lavacrorum amatores quos Graeci filolutruntas appellant 57.

φλεγματικός: somni flegmatici id est salivam [per os *p*] ostendentes 72.

φλεγμονή: ad tumores (aurium) quos Graeci flegmonas vocant 28. tumores quos Graeci flegmonas 74.

φοινιγμός: ut operetur usque ad ruborem cutis quem Graeci finigmon vocant 1 *extr. cf. C. A. chr.* 5, 40 rubor cutis ex sinapi faciendus quem Greci φοινιγμὸν appellant (5, 15. 2, 181).

φοινικίνη (finicene) Galeni 39. 40. 46. epithima dia finicon 48.

φυσαλίς = herba vesicaria 45. 46 (*Plin.* 21, 177. βισσικάλις *Diosc. Vind.* 4, 72 = vesicago *Alex.* 2, 188. *cf. not. ad c. 45*).

χαλαστικός: pessus calasticus faciens ad solvendam (duritiam matricis) 78 (*cf.* 38. 51. 66).

Index locorum

„Cassii in (suo) antidotario"

quae e suo Cassii exemplari, in quo extabat Cassii practica aucta appendice antidotarii cuiusdam, quale est in Cassio Parisiensi ex diversis libris compilatum, habet Simon Januensis (unde Cassii „tractatus duo de pratica" *in praefatione). et sane ipse Cassius subiectum antidotarium (ad exemplum aequalis sui Theodori Prisciani in li. IV Physicorum) citare videretur c. 21 (= 26 v. infra s.* dialon) *cf. c. 42* (*55*) dia trion pipereon antidotum inferius scriptum *et c. 45* o(e)xira med. inferius scriptum *et c. 75* quod oximel . . . inferius conscripsimus — *nisi omissa quaedam esse a librariis in libro eius nunc parum integro pateret. nihili ergo est Cassii illud antidotarium Simonis errore natum, ut simili plane errore Theodori Prisciani liber de simplici medicina i. e. liber quidam de simplici med. (quali*

in cod. S. Gall. 762 l. III, de quo Anecd. II, 122, ex Galeni Simpl. excerptus) Theodori Prisciani libris IV in msto Simonis exemplari fortuite subiectus. de qua re corrigendus Meyer in hist. bot. II, 291.

Albutium est asfodillus. Cassius Felix . . . et est potius latinum.

Amictica virtus grece lacessitoria irritatoria. Cassius Felix de oleo aurino (*l.* ciprino *cf. supra ad v. ἀμυχή*).

Amoliptum seu amolentum dicitur quod est sine inquinatione ut cerotum aliquod quando digitos non inquinat. Cassius Felix in operatione unguenti palme. litargirum inquit coque donec amolentum sit. exponitur ut digitos non inquinet (*cf. cod. Paris. app. f.* 87ª *in descriptione malagmatis dia melitos ubi* tundes spumam argenti . . . et amixto oleo teres et coques in trullo eris rubri lento igne donec amolitum fiat i. tactum non coinquinet. *et ib. f. 86*ª *de meline Vespasiani* spumam argenti in oleo igni molliori donec amolitum efficiatur *etc. cf. etiam Cael. Aur. ox.* 2, 203).

Apocrusticum grece repercussivum redarguens ut . . . Cassius Felix capitulo de oleo mirtino (*cf. supra s. v.*).

Arsenicum a greco arsinago, ut Cassius Felix.

Arsinagon arsenicum, ut Cassius Felix.

Balaustia . . . Cassius Felix capitulo de dissinteria (48 *textus corrupti!*). item (!) in antidotario in confectione saponis dicit quod est flos ammoniaci (*cf. Ind. lat. s. v.*).

Catastalticum medicamen grece repressorium. Cassius Felix in antidotario confectione dicta exantoxemon (*i. ξανθὸν ἴσχαιμον*). stalticum enim stipticum est.

Crocomagma . . . et sunt eius diversae compositiones, quarum unam Cassius in suo antidotario scribit.

Diacoralium trociscus ad emoptoicos. Cassius Felix in antidotario (*cf. supra sub διά*).

Diadiptamum (*i. διὰ δικτάμνου*) a diptamo emplastrum est magnum. Cassius Felix in antidotario suo.

Diaiteon ab itea que est grece salix in antidotario universali et Cassii Felicis (*Cass. c. 19 etc.*) et Oribasii. *cf. Sim. s.* Ytea grece salix. inde diayton emplastrum quod cum foliis salicis fit. Cassius Felix in suo antidotario, et in universali (*v. supra s. διά*).

Dialon emplastrum . . . a sale dictum . . . nam alos grece sal. Cassius Felix in antidotario (*cf. Cassius* c. *21 et 26 ubi citatur* dialon emplastrum inferius suo loco conscriptum — *cuius con-*

fectio nunc non extat in Cassii „pratica").

Diamelitos malagma a melle quod recipit. quod grece milli dicitur. Cassius Felix (*cf. cod. Paris. append. f. 87*[a] Malagma diamelitos i. ex melle paragorice et calastice virtutis solvens universas stricturae tumores ... sive duritias ...).

Diaostreon de cocleis ostreorum. Cassius Felix in antidotario (*cf. supra s.* διά).

Euretica (*sc.* ἀραιωτική) virtus grece id est rarefactiva. Cassius Felix de oleo camomillino in antidotario (*cf. cod. Paris. app. f. 85*[b] Camomilli viridis flores rotundi ÷ I. olei spani emina I. ÷ XX. conficitur in sole suspensum sicut rosaceum — *sc. quod praecedit* — et est lixeperitos febrientibus. habet virtutem areuticam quam nos disraratoriam dicimus. siquidem cutem disrarando patefacit et in sudorem relaxat. *cf. Gal. XI, 749*).

Gerontica. Cassius Felix in antidotario in trocisco musa „gerontica velut Greci dicunt que cronica nos aut senilia".

Gifico vel gifi et gifico hermii antiquum antidotum dictum a gi quod est terra et ab hermete philosopho ... laudatur in multis. confectio eius invenitur in antidotario universali et apud Cassium Felicem.

Ibiscus eviscus althea idem. Cassius Felix in antidotario capitulo de dyaquilon etc. (*cf. supra s.* ἀλθαία).

Leuce diapipereos emplastrum ab albo pipere dicunt quod recipit. in antidotario Oribasii et Cassii Felicis et universali.

Lēuce diapsimitium emplastrum album ex cerusa. nam psimiti est cerusa apud Cassium Felicem in antidotario.

Malagma dia mellilotos. Cassius Felix in antidotario (*cf. supra s.* διά).

Molibdi. Cassius Felix in antidotario diamolibdi id est de plumbo.

Olosidera spatula Cassius Felix, id est ferrea. nam sydiron greci ferrum.

Opode medicine id est que de succis fiunt ut opium. Cassius Felix de cautella colliriorum.

Pyopion grece saniem ducens. Cassius Felix in confectione unguenti tetrafarmaci.

Rhizentia (Rizoncia *Matth. S.*) grece. Cassius Felix in antidotario (*cf.* rizonichia *c. 13 de stigmatibus cit. Sim. s.* chrisonichia). sunt radices dure que in ulceribus apostematum iam vacuatorum remanent etc.

Stantē (*sic, i. e.* σταχτή) Cassius Felix in antidotario. est capitellum, scilicet aqua prima saponarii, ut exponit (*cf. s.* capitellum vocatur aqua saponariorum. lixivium est quo fit sapo. aqua prima gutta prima a quibusdam dicitur).

Matheus Silvaticus in libro Pandectarum medicine (ed. non interpolatae cf. Meyer Gesch. d. Bot. IV, 173) habet haec c. 419 s. „Lapis piritis Plinius ... Cassius Felix in proprio capitulo lapis piritis i. focaria a quo per allisionem calibis vel alterius rei dure ignis evolat. sed Galenus in ep. ad Glauconem“ *etc. quae unde sumta sint nescio. non enim extant apud Simonem, e quo qui ipso Cassio non usus sit (id quod non recte statuit Meyer Gesch. der Botanik* IV, 167) *sua omnia Cassii habet Matheus, velut s.* daucus, litiasis, metafrenon, metroticum (*i.* metrencites), molibdi, piesmatos, regius morbus, rizoncia. *illa igitur de pyrite, quae ad librum quendam Simplicium pertinere videntur, testium confusioni debentur, sicut quae idem Mattheus habet c. 88 sub* „Brafalendi — Cassius Felix cap. de petroleo. Petroleum est oleum petre. invenitur autem in locis sulfureis. fit enim cum pinguedo terre et aque actione caloris ad igneas convertitur partes“ *etc. non sunt Cassii, sed Plateari ex libro (Circa instans) de simplici medicina s. v.* Petroleum.

Index II latinus.

107) 32 (agante *cp*, *cf.* dragantum). 82 (achanta).

accipere: accipies dragantum *etc.* (*in medicamentorum formulis*) 7 8 *etc.* — (*medicamentum*) accipit = recipit (℞) 11 *etc.* (*quod ante accusativos specierum saepe aut subintelligitur aut omittitur a librariis velut 15. 16. 44 etc.*).

acetum: acoetum *saepius g* (11 *bis*. 34. 42 *bis*), *ut* foenum grecum, dia coephales (35) *etc. g.*

acina (*fem.*) 35.

acra (*ἄκρα*) oris spatia 36.

acredo humoris *saepe* (6. 16. 25. 29. 32. 34. 46. 48. 78).

acutus (*opp.* diuturnus): in aegritudine acuta i. celeri 30. acuta (distantia ictericorum) 49.

ad: ad digestionem ciborum laborantes 41. — periculosae ad incidendum (*ἐπικίνδυνοι ἀποτάμνεσθαι*) 35. mulsam ad gargarizandum dabis 37 (*cf.* 35 *etc.*) *rec.* (*p*) *pro* gargarizandam — (dum *gc*).

ad perfectum sanetur (*i. e.* ad perfectam sanationem *p vel* sanitatem *ut c. 15*) 68.

ad praesens (appresens *p*): quod si ad praesens non fuerit rosaceum 1. *cf.* 17. 42 (*bis*). 46. 78. vomitum ad praesens provocabis 54 = vomitum in praesenti provocabis 65. *cf.* 67: in primis hoc est in praesenti . . circumincides.

ad- (*sec. g*): agnosco, appono (*et* adpono 22), admoneo (*et* ammoneo 34. 37. ammonitio *g* 37), admisceo (*et* ammixtus *ter* 36), adsevero (36), aspergo, astantibus (42) *etc.* — attestante *c* 46 (*ubi* adtestante *rec. p*, *sicut* adtractare *p* 62, adpones *p* 75, adposita *p* 64, adpetitio *p* 76, admisces *p°* 51, adscensum *cp* 77 *etc.*).

adarce (*ἀδάρκη vel ἀδάρκιον Gal.*, *Diosc.* *ἀδάρκης*): *gen.* adarces *g* 1 *etc.* (adaricis *c* 53).

addulcare: acredinem humoris addulcat vel obtundit 6. polenta . . . cum vino nigello addulcata (obdulcata) *p* 46. — *cf.* obdulcare.

adeps *fem. uno loco c. 10* adipem vitulinam *gp*, —num *c* (*masc. g* 27, 28, 42 *ut cp semper* 5. 14. 16. 17. 51. 78 *etc.*).

adiuvamentum (*βοήθημα*) 32.

adiutorium (*med.*) 48. 55. 66 *etc.*

adobrutio (arenae = *ἀμμοχωσία*) 76.

adustio (*ἔγκαυσις*, *opp.* perfrictio) 1. 34. 62. 64. ex adustione solis 9. *cf. c.* 10 corpora glaciali frigore adusta.

aes: in olla aerea rubri aeris 67.

agitantes: ad dentes agitantes (= mobiles, *σειομένους*) 32 (*saepius*). agitatio dentium *ib.*

albor ovi 42 (*cf. Cael.*).

albugines ovorum 31 (*ut saepe* ovi album et tenue *vel* albumen, *et c. 42* albore ovi tenui). *cf. Rönsch*, *Itala 67*.

alica: suco ptisanae aut alicae 21. *cf. Cael. chr. 5*, *10 etc.*

aliquanti (= aliquot): ab aliquantis latine aurugo vocatur 49. aliquanti inferiorem ver

νίτης gr. 2, 6 *p. 151 Bas. cf. p. 398. 524 etc.*).

asfodilus: asfodillus (*ital.* asfodillo) *cp* 44 (asfodillos *Apul. Vratisl.*, asfodilus *Orib. lat. Aa*, —dillus *Ab*).

assatus: pumicis assati 1. cerussae tritae et . . . assatae et . . . lotae 29. ges asteros tritae assatae et lotae *ib.* specularis assati 39. 73 (assi 32). — cerebrum assum (*g*, *ubi* assatum *cp*) 1. cer. assatum 46. scammoniae assatae 76 *etc.* — subassatum, leviter subassatas 48.

assellatio ventris 48. 50. qui frequenti deiectione assellationis surgendo fatigantur 48 *extr.* — cum nimie assellare desideraverit 51.

astella: taedae pinguis astellas (= taedas pingues *c*) minutatim incisas *p* 32. *cf. Pseudoplin. med. 1, 13* taedae pingues in astulas conciduntur.

attestante renium dolore (*ut apud Cael., Escolap.*) 46.

aturbis: herbam putidam quam punice aturbis (*sic gc*) dicunt 20.

auditoria caverna (*cf. Cael.*) 28.

auliscus oticus 28. 46. — fisarius (?): per auliscum fisarium sive aeneum sive osseum vesicae porcinae aptatum 19 = *Gal.* (*ad Gl.*) *XI, 125 κύστιν προσήκει λαβόντα χοιρείαν προστιθέναι τὸν εὐθύτρητον αὐλίσκον* (*ἢ ἐκ χαλκοῦ πεποιημένον ἢ ἐκ κέρατος*).

avellana (*sic g* 34 *etc.*): venenum ad se ducit 68.

baca: bacca *interdum etiam g* (2 *bis.* 13), *ut* bacarum *etiam cp* 42, *c* 49, *c* 76 *etc.*

baiulare: si quis pondus grave baiulaverit 66.

balanis iniectis ⟨ventrem deponere⟩ 71.

balaustii id est floris ⟨mali granati *om.*⟩ *cp* 48 (*quorum codd. corruptam lectionem sequitur etiam Simon s.* balaustia).

balneas *g* (balneum, *ut alibi*, *c*) 38.

basis(?): cum augmento dierum creverint (carbunculi) quemadmodum intra formam suam basis (*sic gcp*) 22. — basi (basī *p*, basin *c*) *pro* embasi 66.

belua: fel beluae (*i. ὑαίνης . . . πρὸς ὀξυδερκίαν Gal. XIV, 241. cf. XII, 739. Orib. V, 714*) 29 = *Th. Prisc. 1, 10.* — *cf. Cael. ox. 3, 13* beluae pelle (*i.* hyaenae).

betonica *cp* 43. betonice spane *c* 45 (*ubi* spane *om. p*). *cf. Plin. 25, 84* Vettones in Hispania (invenerunt) eam quae vettonica dicitur in Gallia.

bicapitus (*δικέφαλος*) 35.

blando (i. leni *add. p*) clystere *gc* 34. *cf.* 66. blande embrocabis 42 *etc. saepe.*

breviloquium: (*βραχυλογία*) *prf. cf. c. 1; ubi citatur* ypocrates . . . in aforismis, *supra scripsit g*° in breviloquio. *cf. Rönsch, It.* 216—22 (longiloquium *Iren. etc.*).

brevis: aetatibus brevissimis eveniens 32. infantibus brevissimis 36 (et novellae aetatis) 71.

pletos 42, *ubi* cataplasmationis *c ut supra ibidem* p^c).

catarrus: *abl.* catarro 37.

cattus: catti (*g*, gati *c*, gatti p^c, *ital.* gatto, gatta) stercoris 5.

cauliculus (= brassica): *sic cp* (43. 52. 72. *item in ras.* g^c 1) *ubi* coliculus *g* (1. 24. 33). coliculi = *κράμβαι Ed. Diocl. cf. Cael.* (coliculus agrestis *chr.* 3, 143. 5, 10 *etc.*), *Plin. med.*

causa (*ἡ ἐργασαμένη τὸ πάθος αἰτία = morbus*): omnium causarum dogmata *prf.* — ad causas suprascriptas 42. facit ad universas melancolicas causas 73. — fel rubeum ex quo causa movetur 57.

causatio (= vexatio) nervositatis 1. ulcerationis c. 21. in splene *vel* splenis 43. in epate 44. in vertebro 53. dysuriae 46. intestinorum 48. pedum nervorum 52. stomachi morsus 72. podagrici in crure solum causationem habent 52. est paralisis causatio nervorum 54. ex quo praefocationis causatio efficitur 65. est autem . . . pleuritis causatio in una parte pulmonis 66. peripleumonia vero est causatio in toto pulmone 66. est namque (lyssa) causatio in stomacho . . . ex veneno canis concepta 67.

cauter: cautere vulnus inures 67. cauteris acuti calidi 22. *cf.* (cauteres igniti *etc.*) *Cael.* (*unde* cauteriare *Quich.*).

cavernare: ut etiam ipsi dentes cavernentur 32. *cf. Cael.*

cavernulae 20. 48.

cedria 51. *corr. cp* 43 (*unde* cedrinon med. *ib.*).

centauria: *sic g* 1 (*ut c* 1. 21. 44. 53), *sed* centaurea *g* 21. 29 (*ut c* 28. 29 *et semper p*). *cf.* centaureum (*plur.* tristia centaurêa *Lucret. 4, 125* = grave olentia centaurea *Verg. georg.* 4, 270. *Plin. etc.*) = *κενταύριον Gargil. 18, rec.* centauria (—rea) *ind. Plin. med. Isid. 17, 9, 33.*

cerda (?): radices cerdae (certe *c*, cde *p*, cede p^c) quae latioris folia ostendit ruta silvestris 68.

ceromaticae fricationes 55.

cerotarium rasum 48. 74.

cervicali (supposito clunibus) 48. 51. 82.

cervisa nova 72 (*app. c*).

cesisboum (*χέσις βοῶν? cf. Matth. Silv. s.* cesim *et s.* chesim i. planta similis ferule, semen habens album simile lenticule. — *id. s.* chesice i. orobus): quod c. (cessis bōum *c*, cesis boviū *p et antea genit.* cessis boī *c*, cesis boinu *p*) habet folia similia feniculo 67.

ch *in graecis codicis g plerumque solo* c *scribitur* (*ut* t *pro* th, p *pro* ph, r *pro* rh — *cf.* catecuminis *in acrost. Commodiani instr. 2, 5*), *sed* chronias 1. 33, amichas 5 (*sed* amicas 18. 24), chimona 10, lichenas *et* lichenicos 11, chirurgia 18. 26. 35, chiradas 26 (chyromilon 40), characteres 13, rizonichia 13, chemosis 29, schemon 38,

xerobeches 34 (*sed* igrobeca 33), stomachum, —chica 41. 42 (*et male* antrachion 22, *ut rec.* achanta, cachoetes). — x (*e gr.* χ?) *pro* ch: euximon 29 (*sed* cacocymis 26). — *g pro* ch: dragma *semper*, diastrignu *g* 24. *cf.* cygnos 29.

chalcanthum (= atramentum sutorium *Plin. Cels.*): *gen.* calcanti (i. vitriolum *supra* p^c) *gcp* 11. (i. vitriola *supra g*) 13. 20.

chalcites (χαλκίτης): *semper accus.* calciten *gcp* 11. 18. 29 *bis* (*ubi* calcideos *altero loco c*). *neque ibi tantum ubi pro genitivo positus librariis debetur*: calciten crudum et tritum appones *sic masc. gcp 18. sed* dia calciteos 39. 46 (χαλκῖτις: χαλκίτεως *vel* χαλκίτιδος *Diosc. Gal.*, calciteos *lat. Oribas. et Alex.*, chalcitidis *Plin. 34, 119 etc.*).

chamaeleon: *gen.* cameleontae *codd.* cameleontae (camelleonte *c*) nigrae radices id est sefra nigra (*sic g*, sefā nigra *c*, sefre nigre *p*) 9, *ubi supra scripsit* g^c id est hedera nigra idem est et camelea atque scissa (*sic*). — cameleonte (—otes *p*) nigre radic̄ (—ces *p*) I (II *p*, *pro* i. = id est) se fra (sefra ti p^c) *c 76. cf. Diosc. 3, 8—9. Apul. herb. 26* (*contra hydropicos Cael. p. 475. Aetius 10, 22*). *Sim. Jan. s.* Sefra in libro antiquo de simplici medicina exponitur quod est cameleonta.

chrysatticum (*Ed. Diocl.*): cum vino crisatico *cp* 46. *cf. Alex.*, *Simon. Jan. s. v.*

cibaria: afronitri cibaria numero (nūo *om. p*) XV 44. afronitri cibarii ʒ IIII (*corr.* cibaria XIIII?) 53. afronitri cibaria cupressi . . . (*sic*) 76 (*cf. Scr. hist. aug. II p. 77, 7 Berol.* quid inquit sine afronitris esse non possum? — olei cibarii *Ed. Diocl.*, vini cibarii *Plin. 28, 207 etc.*).

cibatio constrictiva 50 (*cf. Cael.*)

cicatricare (*cf. Cael.*): hoc adiutorii genus . . . cicatricat ulcera 48 (*ut* summe ducit cicatricem in omnibus locis 74, cicatricem inducere *vel* in cicatricem ducere *saepe*, ulcera in cicatricem venientia 29).

cinerescere 67 (*cf. Cael.*).

cinericio colore fuscata (ulceratio) 36.

circumincides (morsum) 67.

circumvestit (membrana) ossa capitis 1, ventrem sub cute 51.

cisternina aqua 56. 61.

coactile (quactile *gcp*): quactile tenue 42. quactili operies *it.* 42 (*cf. Dig.*).

coactiliarius (quactiliarius *gcp*) 42.

coclearium *g* (coclr *semper comp. cp*) 34. 39. 40 (*bis*). 41. 42 (cocleare unum *bis* 21, *ubi tertio loco* coclear. I. *sic g*, *pro* coclear̄ = coclearium). coclearii 42. cocleario 34. coclearia 21 (coclearios singulos *male gc* 40).

cognitio (morbi = διάγνωσις) 52.

collectiones (ἀποστήματα) 18.

collectio erumpit *vel* rumpit 21 (*item* ruptio *vel* eruptio collectionis 21). electuarium quod valeat collectionem rumpere 21. — interna collectio (erumpit) 40.

colligatio nervorum 54, gutturis 39.

collutio (διάκλυσμα) faciens ad dentium dolores 32. in collutione oris datum *ib.* collutioni oris adhibitus 61. — lac, vinum . . . coluendum dabis 36. mulsam . . . coluendam dabis 54.

coloquintida (= colocynthis, κολοκυνθίς) *nom. sg., gen.* coloquintidae *g* 1 (*bis*) *etc.* 49. 71. *ut* ypoquistidae *g* 35 (*bis*) *etc.* 48 (*sed* ypoquistidis *gcp* 33. 39), lepidâ *g* 20, melotidâ *ablat. g* 20. (30). *cf.* quinotetarum *g* 18. pomfoliga 29. emorroidae *g* 36. mininga 71. ebdomadis 71. 76. ragadae 74. parotidae *c* 17 (lampada *Commod. apol. 12. cf. ed. E. Ludwig prf. p. VII. Rönsch, It. p. 258*). epithimâ (—mate *cp*) *g* 34. 42. simpasmâ *g* 1. cataplasmâ (—mate *cp*) *g* 18. 42. 61 (*sed* — mate *etiam g* 2. 21). apostema grandis, levata (*n. fem.*) *g* 21 (*bis*). reumam (23 *tit.*) 29.

comestio: ex multa ciborum comestione 61.

comparatio (?): lac . . . cum melle potui dabis pro comparatione pruritus 6.

compatiuntur (articuli) 52 *etc.*

superaddes 76. superaffert 75. superasperges 15. 17. 40. 42 *bis*. 66. superbibendas 76. supercomedendum 48. et sic super dabis 67. superdistensa 76. superinduces 30. super fertur (ἄνω φέρεται) 71. superimpones 32. 33. 51. 61. 74. supermittes 61. superpositae 76. superproicies 30. supervertere (= apponere *p*) cucurbitam 21 (*cf. Rönsch It. 210—13*).

superadustio 29.

superinsurrectio (= extantia *Isid.*) 25.

superinunctorium (ὑπερέγχριστον *q. v.*) 29.

superpositio (= ἐπίθεσις *q. v.*): superpositionis tempore 51 (*ut Cael. etc.*).

supradictus *vel* **suprascriptus** (ss) *saepe*.

suspiriosi 41.

sympasma 6. 7. 8. 9 *etc.*

syringotomum: ex flebotomo vel syringotomo appellato 20 (*cf. Gal.* X, 415 τὰ καλούμενα συριγγοτόμα . . . τῶν μαχαιρίων).

tamarix: tamaricis (*c*, tamaraci *p*) seminis (= μυρίκης καρποῦ *Gal. XIII, 241*) 43.

tardus (= inveteratus, χρόνιος) dolor 1 (*tit.*).

tempora (*cp*, timpora *g*) 1. 23.

tepere (*opp.* fervere): ut oleum ferveat . . . et cum ex parte oleum tepuerit . . . iterum plus calidius oleum infundes 42.

tenebratio (*cf. Cael.*) 1. 71.

terebintina (resina, τερμινθίνη) *g* 21. 42 *etc.* (*etiam* terebentina *g* 18. 41), terebentina *c*, terbentina *semper p*.

terrosa qualitas 29. 34. *cf.* arenosa.

testeus: in vase testeo 42. lenticula testea 51. 66 *etc.*

tetricus (odor) 64.

th *gr.* = t *semper g, ut* anetum, cyatus, tymum, torax, tapsia, esteseos, psilotrum, piretrum *etc. praeter haec fere:* diathesis 23 (epithesin 51), epithima 34. 42, anthera 35 *sed* antera 36, absinthium 1 *ut rec. sed alibi semper* absentium *g. male* diaitheon, diacalcitheos *g* 39. *cf.* cymethla *g* 10. — *add. rec.* epithimum 9, nothus 58, cathemerinon 59, orthopnoicis 43 (*sed* ortopnia *g* 41), *ut solent fere recentiores aspiratam docte restituere.*

tibia iniectoria 48 (= auliscus *Cael. ox. 3, 29*).

tiltarium 17. tiltario locum calcabis 18.

tiltum: tilto locum calcabis 18. molli tilto (= μότῳ τίλτῳ *Gal.*) vel strictorio ligabis 19 (*ib. et* 22 moto tilto). tenui linteolo subiecta lana et molli ⟨tilto⟩ ligabis 29. ferramento licinio involuto et moto tilto (melitincto *c*, molli moto i. tincto *p*) 32. levi ac tenui et tilto (trito *cp*) operimento operies 56.

tineae: *sic semper gcp* (= ταινίαι) 2 *etc.*

tithymalus: titimalus *gc*, *rec.* titimallus *p* 12.

37. 55. 58. 61. 62. 66 *etc.* si venter non fuerit (fluerit p^c) 49.

ventositas (*ut Orib.* VI, 528) ventris (splenis *etc.* = inflatio) 1. 28. 42 *bis.* 43 *bis.* 51 *ter.* 55.

vernali (*c*, verno *p*) tempore 63. verno (= vere) autem et aestate 66. verno (*sc.* tempore) 71 (*cf. Rönsch It. 120. 105*).

vernicarium (nitrum = *νίτρον βερενίκιον Gal. XIII, 568 cf. VI, 430 νίτρον τοῦ βερενικαρίου καλουμένου*) 49. *cf.* bernicarion *Orib. VI, 239* = *βερενίκειον V, 431.*

vertebrum (*ἰσχίον*) 53. *cf. Cael. chr. 5, 1 sqq.*

verticula (*εἰλεός*): nimia intestinorum verticula sive involutione 56 *et ib. mox* supra memorata verticula sive involutio (*cf. 51 in.*). *item Cael. ox.* 3, 138. 142 intestinorum verticula (*ubi* 143 ventriculosi sive torminosi *male puto legitur pro* verticulosi).

vesica: *rec.* vessica (*ital.* vessica, vescica, *gall.* vessie) *g* 19. 21. 29 (vesica *g* 39, *ut semper cp*, *nisi quod* vescice *ter et semel* vessica *c 46*).

vesicaria herba (*φυσαλίς*) 45. 46 (= vesicago *Alex.*).

vespera: ad vesperam (*opp.* mane 39. 76. dabis ieiunis et ad vesperam 40 *ter.* 41. 66 (*cf.* 39).

veterescente autem passione 52. antequam passio veterescat 82.

veteri *abl.* 29 (*item cp* 32. 43. 53. 63. 71. 74. *cf. p* 76 *pro gen.* —ris).

vetustas: poterit omnis stercorum vetustas . . . excludi 51.

vilicio (= *ἄμμι*, ami *vel* ammi *Plin.*): ameos (*ita et* 48) id est seminis vilicionis 44. 48 (*cit. Sim. Jan. s.* Uilitionis semen).

violaceum (oleum, vinum) 72. *cf. Apic.*

virosus (virtuosus *cp*) vel mucilentus (humor) 7.

viscosus (humor) 2. (sucus) 35. (flegma) 34. 66.

visu carentia vel absconsa 21.

vitalia: usque ad vitalia 67 (vitalia viscera *Diez Altr. Gl. 24*).

vitellum (*ut Apic.*, *vulgo* vitellus): vitella duo 29. vitellum unum 29. 74. 78 *ter* (ovi assi vitellum = *ᾠοῦ ὀπτοῦ λέκυθον Gal.* XIII, 315). — *cf.* ovi crudi medullam croceam 78.

vitriarius: papyrum vitriariorum 20.

ysopum (*vel* isopum) *semper g.* confectio dia ysopu (—ū *pro gen. graeco* —u, *ut* semper, *g*) 1.

z = di *cf. s.* qu (= c, qui = ci). *Pomp. comm. artis Donati p. 108. Ermenricus Elwang. ep. ad Grimold. abb. ed. E. Duemmler Hal. 1873 p. 13.*

zaccarionem (çaccarıōē *p*, ʒaccarıōʒ *c*) herbam 68.

zernae *vulgo* (*Isid.* 4, 8, 6 *s.* „impetigo est sicca scabies . . . hanc vulgus sarnam appellat" = *hisp.* sarna, *unde* sarnoso) = impetigines 11.

zernosus: maculae zernosae 9 *bis* (*ubi altero loco* cer-

Index III nominum propriorum.

Signa pond. medicin.

lib̄ (libra) *g*, l' *cp*.
÷ *vel* unc̄ (uncia) *g*, ÷ *cp*.
ꝫ *vel* ⅃ *vel* dr̄, drḡ (dragma) *g* = ʒ *cp*.
∋ *vel* ſcr̄ (ſcl̄, scrp̄ 35, scrıpt *g* 42) *gc*, ℈ *p* (∋ *p*°).
obolus 29. 41. 51. obolis duobus i. scripulo uno 38.
sextarius *g* = SS *c* (76, SS *p* 80).

Specierum nomina quas a c c i p i t *vel* r e c i p i t *medicamentum in accusativo saepe iuxta posita ponderibus ex compendiis archetypi diverse lectis male habet cod. g. ego ubique cum casu genitivo coniunctionem restitui.*

Celsus, A. C.

A. CORNELII CELSI

DE MEDICINA

LIBRI OCTO.

AD FIDEM OPTIMORUM LIBRORUM

DENUO RECENSUIT

ADNOTATIONE CRITICA INDICIBUSQUE INSTRUXIT

C. DAREMBERG

BIBLIOTHECAE MAZARINEAE PROCURATOR

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCXCI.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

SALVATORI DE RENZI

NEAPOLITANO

ALBERTO DES ETANGS

PARISIENSI

VIRIS DOCTISSIMIS AMICISSIMIS

DE CELSO OPTIME MERITIS

D. D. D.

CAROLUS DAREMBERG.

PRAEFATIO.

Compluribus causis eo adductus sum ut peculiari studio in Celsi tractatum de medicina mentem adverterem. Primo quod doctissimus Des Étangs egregiam edidit horum librorum interpretationem vernaculam, adjunctis ipsius Celsi verbis, qualia apud Targam leguntur*). Deinde idem de medicina opus retractavi, ideo quod admodum eruditus de Renzi Neapolitanus publici juris fecit majorem hujus scriptoris editionem**). Quo saepius autem Celsum perlegebam, eo magis me detinuit cum dicendi nitor ac brevitas tum perspicacitas judicii sensusque verax et ad agendum accommodatus, quibus omnibus genuinam nobis repraesentat civis Romani imaginem. Nec facile dixerim magisne tamquam medicum an tamquam literarum studiosum me delectarit. Quodsi rem naturalem ac medicam spectes, permultis sane additamentis augeri possit opus Celsianum, vix tamen pauca quaedam reperias quae resecanda sint. Immo parum abest quin hodie pro compendio rei medicae adhiberi possit. Utique clarissimis linguae latinae monumentis accensendum est, sed eheu! vix alium novimus librum qui pejus a librariis habitus sit atque in quo plura emendanda restent. Ecce argumenta, L. B., cur virum probum et strenuum B. G. Teubnerum adii eumque permovi, ut Celso locum concederet in corpore scriptorum classicorum cum graecorum tum latinorum, quod

---

*) Paris. 1848. 8° majori; pertinet ad corpus scriptorum latinorum auctore viro ornatissimo Nisardo editum. Prostat etiam separatim apud Didotos.

**) Neapoli 1851, Vol. II. 8°. Continet editio illa praeter ipsius Celsi verba e Targae editione anni 1810 petita adnotationum ejusdem editoris bonam partem, Morgagnii epistolas, dissertationes Rhodii et Kühnii, lexicon Celsianum, interpretationem italicam, pharmacopoeam Celsianam, cet.

multis jam abhinc annis edere aggressus est. Cui viro, quum brevi postea diem supremum obierit, non possum quin hic, occasione data, pro egregia in me benivolentia publice gratum animum obtester: nec minores gratiae mihi agendae sunt hujus viri generis, qui jam, socero vita defuncto, opus quod ille inchoarat summo studio absolvere pergunt.

Vereor tamen ne hisce conatibus admirationis, qua jamdiu Celsum colui, majorem rationem habuerim quam virium mearum exiguitatis. Jam olim, quum de interpretatione Celsiana a doctissimo Des Étangs edita verba facerem, jure optimo summis laudibus extuli egregia in Celsum merita viri clarissimi Targae, qui, quamvis saepius morborum taedio vel rerum publicarum vicibus ab incepto distractus, nihilominus per totum fere vitae curriculum, quod ei satis longum obtigit, summam operam dedit ut e Celsi contextu expungeret menda innumera quibus conspurcatae erant omnes editiones antiquiores. Tunc temporis affirmare ausus sum, etiam post laborem a Targa exantlatum, immo post curas renovatas, quas idem vir in novissima sua editione*) Celsi anno 1810 4to Veronae edita publici juris fecit, multa adhuc emendanda superesse; posthac saepius denuo eundem Celsum retractavi, atque in ea re magis semper magisque mihi persuasi me non frustra olim haec affirmasse. Recte sane agnovit Targa quibusnam in rebus reprehendenda esset editio Lindenii, qui nimia temeritate, ne dicam audacissima protervitate, Celsi verba emendare conatus est; recte perspexit idem quanti aestimandi sint duo antiquissimi codices hunc scriptorem exhibentes, nimirum Med. I et Vat. VIII; nihilominus tamen Lindenium passim sequi maluit, ubi me judice hisce egregiis instrumentis fidem habere debebat. Quod vero semper in edendis priscis libris summum habui praeceptum, id nunc quoque

*) Exstat sane editio tertia curante Targa quae Paduae 1815 12° prodiit; de hac editione tamen, quae perraro obviam fit, tacent bibliographi, nec aliud quid continet nisi repetitum editionis Veronensis contextum, etiamsi typographus in monito praemisso lectores certiores faciat se in usum suum convertisse novissimas emendationes quas exemplari editionis anni 1810 subjecerat Targa qui nonagenario major mortuus est.

tenendum esse censui, praeceptum dico quod codices mss. presso pede sequi jubet; numquam a codicibus Med. I et Vat. VIII discessi nisi ubi insanabili laborabant ulcere; quantum potui, sedulo abstinui a conjecturis; ubivis suspectas habui emendationes Lindenii, quotiescumque saltem earum necessitatem non probabat vel rerum, vel verborum, vel syntaxeos ratio. Ceterum infra (in *Adnot. critica*) subjunxi indicem omnium locorum, quibus aliquid in contextu anno 1810 a Targa edito immutavi, additis argumentis quibus permotus ita agere decreverim. Praeterea duabus inprimis de rebus lectores monitos esse volo: primo praecipuè loco operam dedi ut aliquatenus saltem semper iisdem literis exararentur eadem vocabula, non solum quod ad voces attinet quarum recta scriptura e codicibus petenda erat (cf. *Adnot. criticam*), sed etiam ubi major fides habenda est praeceptis quae observari jubent viri linguae latinae peritissimi, de qua re nullam mentionem esse faciendam in *Adnot. crit.* censui. Verumtamen, etiamsi sedulo ad hanc rem animum attenderim, neque admodum prolixum sit Celsi volumen, denuo schedulas a prelo madidas relegens incidi in anomalias nonnullas (ex. gr. ubique legas *ceteri*, non *caeteri; circuitus*, non *circumitus; demptus*, non *demtus; promptus*, non *promtus; exemptus*, non *exemtus*, cet.; ceteroquin de anomaliis gravioribus videsis *Adnot. crit.*) huc pertinentes, quas, Deo adnuente, posterius tollere mihi licebit.

Arcto vinculo cum recta vocabulorum latinorum scriptura cohaeret quaestio quae spectat rationem repraesentandi graeca. Qua in re notandum est utrumque codicem antiquissimum exhibere voces graecas easdem modo graecis literis exaratas, modo latinis, si Targae fides habenda est: unde vix fieri potest ut regulam statuas ad quam omnes dirigantur. Voces graecas fere semper ubi graecis literis apud Targam, qui ipse Lindenium secutus est, exaratae erant, eodem modo in contextum meum transcripsi, vel Targa duce emendatas, vel a me ipso ad linguae graecae leges exactas. Attamen sunt quaedam vocabula graeca adeo frequenter in libris Celsianis obvia, eaque latinam scribendi rationem imitantia (cf. ex. gr. pp. 171, 27; 192, 21; 194, 28, 29; 195, 26; 199, 15; 209, 25; 211, 12, 18; 217, 14, 22, 23, 24, 25,

28; 221, 29; 229, 2; 231, 28; 234, 13, 36; 236, 23, 31; 246, 37; 251, 12; 258, 18. — vide praeterea *Indicem vocab. graecorum*), ut iis, exceptis nonnullis locis sat facile circumscribendis, servari possit habitus ille latinus; sunt vero alia quae literis graecis exarare jubet ipse orationis contextus.

Ceterum haec quaestio mihi in mentem revocat aliam magis generalem, qua inquirendum est quatenus Celsus sermonem suum latinum vocabulis graecis variarit. — Certo constat, uti recte doct. Des Étangs, consentientibus omnibus viris doctis, in *introductione* sua animadvertit, Celsi aetate parum abfuisse quin Romae universa medicina penderet a medicis graecis seu liberis, seu servis. Constat item, Celsum opere suo medicinam a peregrina servitute liberare Romanosque ipsa hac disciplina erudire voluisse; nostri enim tractatus omnino ita se habet, ut vix tamquam nudum bene dicendi exercitium vel otii eruditi fructus venditari possit. E libris graecis haud dubie haurire coactus est Celsus cum ipsam disciplinam medicam, tum permultas locutiones artem medendi spectantes, quibus nulla linguae latinae vocabula respondebant. Verum Latinos sibi quaerebat, non Graecos lectores, Quiritium sermonem graecae scientiae accommodare volebat; nec carebat oratio vernacula locutionibus verborumque circumscriptionibus sat multis artem salutarem spectantibus iisque jam olim usu receptis, quas scilicet vel plebeja quaedam medicina indigena vel adsiduum cum erudita Grajorum arte commercium invexerat. Nec dubium quin hasce dictiones locutionesve avide capessiverit Celsus, quotiescumque vel res ipsas vel sua de hisce rebus cogitata accurate repraesentarent. Haud mirandum igitur quod Celsus non infrequenter graece locutus est; cave credas tamen eum vel temere, vel saepius quam ipsa rerum ratio jubebat ad graecum sermonem confugisse. Neque arbitrari licet, si certe codicibus mss. fidem habeas, eum interdum genuinas dictiones graecas ignorasse; insuper mirandum est verba graeca desiderari quum potissimum exspectentur: v. gr. ubi de calvariae suturis agitur (VIII, 1), et eo loco ubi leguntur illa (p. 264, 16): *Id antiqui tunicam nominabant;* in mente enim Graecos, non Romanos certum est Celsum ha-

buisse, ideoque hic: *quam Graeci χιτῶνα vocant* aptissime inseruisset. Itaque quid unoquoque loco scripserit noster eruere constitui, atque hac ratione omnia quae aperte glossematum speciem referunt, e Celsi contextu, id quod jam ante me sat frequenter facere aggressus est Targa, expellere conatus sum. Proponam insuper locos nonnullos ubi verba graeca aliunde invecta esse vehementer suspicor, subjunctis argumentis cur ita sentiam.

Glossemata haec certo satis antiqua sunt, quum exhibeantur et a cod. Vat. qui saec. X scriptus est, et a Florentino qui XII, et a Parisino nº. 7028 qui XI. Ni fallor, saeculo VII, VIII, vel IX originem debent profectaque sunt ex illis Latinorum ludis literariis, quorum magistri eo usque saltem linguam graecam callebant, ut vel libros graecos qualicumque tandem modo latine interpretari, vel orationem vernaculam inspersis vocabulis alienigenis corrumpere valerent, adeo ut codicum margines ultimum essent eruditionis refugium, quae jam a plerisque inutilis habebatur, nec aliud quid nisi rerum obsoletarum studium prae se ferebat*).

Praeter haec glossemata graeca, quibus refertum est opus Celsianum, multo majorem etiam continet copiam glossematum latinorum, additamentorum denique interpretamentorumque cujuscumque generis. Istorum additamentorum nonnulla integra resecuit Targa**); maximam vero partem uncis inclusisse satis habuit. Sed hac in re nimia usus est cautela; immo ego ipse, licet multa quae supervacanea videbantur ultro deleverim, jam video me non omnia praestitisse quae praestari potuerint; diuturnus enim orationis Celsianae usus me nunc vetat quominus obelisco non adjecto in edi-

---

*) Quum permultos codices inde a saec. VII usque ad XII exaratos tractaverim, satis compertum habeo quanta ostentatione latinos libros transcribentes graece loqui tentent hujus aetatis librarii.

**) Ex. gr.: p. 33 l. 1: *quando sane ad sanitatem venit*, post *finitur;* — 72, 15: *et quae tertio libro*, cet., post *nuclei;* cf. *Adn. crit.*; — 147, 20: *quod χολικὸν nominatur*, post verbum *comparatum;* — 203, 23: *quod sit scrupulorum* III. S.)-(I, post vocem *laser;* — 309, 11 *super vesicae cervicem*, post verbum *incidit.*

tionem meam recipiam locos sat multos, de quorum genuina origine partim dubitabat Targa, partim nihil suspicionis habebat. *Adnotatio critica* resarciet quae nimia codicum reverentia permotus facere omisi. Non est, credo, cur nos retineat codicum auctoritas, immo ne consensus quidem; qui enim antiquas membranas tractare solitus est, ipsum orationis contextum quem exhibent ad artis criticae leges exigit, utpote quum contextus ipse adminicula suppeditet quibus decerni possit qui loci genuini sint, qui non sint. Hujus artis decreta in ejusmodi rebus haud dubie aliquatenus oppugnari possunt, nec semper ab iis aliena est propria cujusvis editoris sentiendi ratio: quamobrem modus adhibendus est huic artis criticae usui, rationesque ubivis reddendae, id quod numquam facere neglexi, cur ita nec aliter feceris.

Totidem fere exstant codices Celsum exhibentes quot hujus scriptoris editiones; longe tamen abest ut omnibus idem pretium eademve auctoritas sit tribuenda. Primo loco monendum est omnes hosce codices ab eodem prototypo profectos esse; nam omnes, verbi gratia, magnam referunt lacunam (pag. 154, 6 meae editionis) aliasque aliquanto minores (pag. 144, 35; 153, 26; 154, 6; 212, 17; 238, 3; 292, 25; 305, 26 et 362, 4) obvias. Omnes praeterea eadem habent glossemata cum graeca tum latina, ut supra jam notavi. Quod ad aetatem attinet, in duas classes distribuendi sunt, quarum altera constat Vat. VIII, Med. I*) et Paris.

*) „Cod. Mediceus primus Plut. 83, Florentiae in Bibliotheca Medicea asservatur. Idem ille est Mediceus codex quem Rhodius Cocchiusque laudarunt. Scriptus fuit saeculo XII ineunte. Bapt. Pallavicinus Regiensis Episcopus illum emendandum suscepit; in quo tantum sibi licere voluit, ut alium plane fecerit. Usus est autem vetustissimo et corruptissimo, ut ipse ait, exemplari; ex quo colligi potest, nonnulla ipsum ex conjectura immutasse. Ceterum id exemplar ei perquam simile videtur unde Medicei (II—VII) ceteri derivantur. — Octavus Vaticanus (Vat. VIII = N° 5951) scriptus fuit saeculo X, non tamen eadem manu. In hoc cod. ut in Med. I librorum in capita divisio nulla est; sunt tamen, ut in illo, plures tituli margini adscripti.“ Targa. — Desinit his verbis lib. VIII cap. 21 (p. 360, 27) *et in interiorem et in*, certiorem me fecit vir amicissimus abundans doctrina, nunc ıe degens, Du Rieu; non autem in his: *Genu vero et in*, ut

7028*) qui manifesto eidem familiae accensendus est cui duo priores. Vix est quod moneam, orationis Celsianae contextum constituendum esse tribus his codicibus, quippe qui reliquis longe plures continent egregias lectiones multoque paucioribus deturpati sunt mendis. Qui duos priores excussit, Targa, satis bene munere suo functus esse videtur; nihilominus tamen multum interest ut denuo inspiciantur, adhibita omni illa accuratione ac cautela quam hisce rebus impendere solent nostrae aetatis viri docti (de qua re praecipue videsis Rothium v. dd. in eximia praefatione ad Suetonium). Nec omni spe destitutus sum fore ut aliquando nanciscar novam horum codicum collationem omni qua hodie opus est cura peractam. Reliqui codices, non excepto Paris. 6864, ad saec. XV vel XVI**) referendi sunt, et qui hosce codices exararunt librarii

---

volebat Targa. Cum Mediceo I consentit. In Med. I post haec verba: *supra summum ventrem* (IV, 20; p. 146, 24) sequuntur illa: *subjicienda sunt* (IV, 27; p. 154, 6) quasi nihil desit. Suppleta est lacuna ea a Nicolao Nicolo. In codd. Med. I et Vat. VIII desunt haec verba: *ne succurrere quidem statim sibi possunt* (V, 27, 11; p. 204, 13) usque ad illa: *insanabiles reperiuntur* (V, 28, 12; p. 213, 21).

*) Hic codex numquam antea excussus erat, etiamsi doct. Des Étangs eum perlustravit; varietatem tamen lectionis notare neglexit. Dolendum est revera quod tantummodo lacinias vel selectos e Celso locos continet, etiamsi multo major sit harum laciniarum copia quam e notitia catalogi Biblioth. regiae colligere licet. Modus quo haec fragmenta se invicem excipiunt omni ordine caret, atque insuper nonnulla ab aliis capitulis avulsa sunt, aliis subjuncta. Quamvis easdem exhibeant lacunas ac codices integros Celsi libros continentes, nihilo minus magni faciendae sunt hae laciniae; summa cura in omnibus locis dubiis inde excerpsi varias lectiones. Cod. Bodleyanus 724 (Laud. E 55) saec. XIV scriptus est. Continet tantummodo partem operis Celsiani quae chirurgiam spectat, ac plerumque cum inferioris notae codd. consentit.

**) Immo nonnulli e libris typis expressis transcripti esse videntur. Inde a renovato saec. XV literarum studio multos lectores habuit Celsus; per integrum vero medium aevum fere abjectus jacuit. Affirmare quoque licet hunc scriptorem oblivioni deditum esse simulatque opus suum conscripsisset; adeo magna apud Romanos, regnantibus imperatoribus, pollebat auctoritate medicina graeca; ipsa etiam rerum ratione favente perstitit labente imperii Ro-

plerique inter calligraphos fortasse, minime vero inter eruditos numerari possunt. Et enim nullum ex iis emolumentum ad orationis contextum constituendum petere licet, quum solis literarum ductibus et paginarum proportionibus eleganter componendis operam dederint. Ceteroquin mendis scatent iisque longe praeferendae sunt editiones antiquae (inprimis ed. princeps Florentina anni 1478 et Aldina a. 1528), quantumvis impuri fuerint fontes e quibus profluxerunt fere omnes: nam duos codices magni faciendos, Vaticanum dico et Florentinum, nemo in usum suum convertit editor antiquus. Praeterea mihi praesto fuit, favente egregia doctissimi Gersdorf, qui Bibliothecae Paulinae apud Lipsienses praeest, benivolentia, ingêns omnis generis schedularum farrago diversarumque editionum Celsi exemplaria adnotationibus plena, quae omnia debentur eximiae doctiss. Kühnii diligentiae, qui novam editionem Celsiani operis moliebatur. Verum enim vero parum abest quin hisce collectaneis examinandis oleum et operam perdiderim.

Libri Hippocratei, quibus multa debuit Celsus, mihi saepius opem tulerunt ad emendandos locos a librariis male habitos. Quod ut agnoscas, inspice, sodes, *Adnotationem criticam*. Plurimi editores Celso subjungunt indicem locorum Hippocrateorum a nostro adlegatorum; nec aliter mihi agendum esse duxi. Unumquemque locum denuo cum Hippocrate sedulo comparavi qualis a Littré, viro summo, editus est*). Quos locos jam suppeditant editiones priores, iis complures nunc demum addidi (cf. *Indicem locorum Hippocratis et Celsi inter se comparatorum*).

Non fugit me universum in Celsum exantlatum laborem eo tantummodo me perduxisse ut, duce Targa, immo meliore jure quam ille, fateri cogar: „Quo magis Celsianae emen-

---

splendore eadem auctoritas. Nec mirandum igitur quod adeo pauci reperiuntur codices antiqui Celsi opus continentes.

*) Secutus sum librorum Hippocrateorum in paragraphos distributionem a doctissimo Littré propositam. Qua solet benivolentia mecum communicavit vir omni doctrina ornatissimus schedas quarum ad exemplar edetur IX Operum Hippocratis volumen, quod paucis mensibus in lucem prodibit; unde mihi licuit Lib. II *Prorrheticorum* quasi ex ipsa hac editione citare.

dationis opus ad finem perducere festinamus, eo plures majoresque difficultates offendimus quae nos longius quam sperabamus morantur" (Targa Morgagno; p. 489 in ed. Veron.).

Prae ceteris librum V, VI et VIII male habuerunt librarii; quibus interpolationibus autem pravisque lectionibus obsiti sunt duo priores, earum facile tibi rationem reddes considerata praescriptionum medicinalium multitudine quae in iis inveniuntur. At contra liber VIII idcirco potius depravatus est quod librarii eum transcripserunt, non intellectis rebus de quibus Celsus verba facit.

In votis est ut aliquando in lucem edam quae de vita scriptisque Celsi comperta habeo, subjectis operum deperditorum fragmentis, quae jam olim e libris cum manuscriptis tum typis expressis collegi. Verum quae his de rebus literis mandavi nondum eo perducta sunt ut jam prelo subdi possint. Quodsi post egregia doct. Targae in Celsum merita aliquot additamentis augere mihi licuit hujus viri labores, susque deque non habebunt, spero, meorum conatuum paucitatem quicumque lectores non ignorant quantum desudandum sit editori qui mendis expurgare interpretarique constituit opus scriptoris tam varia tamque difficilia pertractantis argumenta. Illam vero inprimis eorum quae praestiti mihi exopto mercedem, ut excellentissimi quique philologi majore studio quam ad hunc usque diem in Celsum mentem advertant, hodie scilicet nimis ab iis neglectum. Ego quidem labori non parcam quo novis emendationibus expolire possim Celsianae orationis contextum, spe ductus fore ut faventibus lectoribus, divenditis omnibus hujus editionis exemplaribus, alteram moliri velit honestissimus editor.

Scribebam Lutetiae Parisiorum, Kal. Januar., 1859.

Car. Daremberg.

SIGNA PONDERUM.

P: *pondo* si junctum est cum notis aliorum ponderum quae eandem semper quantitatem significant, nec ad alia referuntur.

P per se: 1 *libra.*

)-(: 1 *denarius.*

z, seu =, seu ⊤: 1 *sextans.*

zz, seu = =: 1 *triens,* seu 2 *sextantes.*

—: $^1/_2$ *sextantis* sive 1 *uncia.*

s: *semis.*

ADNOTATIO CRITICA*).

*P. 2, l. 32; item 5, 18: *ἐμπειρικούς*, Targa. — *empiricos* codd. Ea lectio servanda erat. Item 160, 5 fortasse *empiricos* legere debueram. Vox *empiricus* jam reperitur apud Ciceronem, *Acad.* II, 39. 7, 4 *neque [ad rem pertineat] quomodo*, Targa. — Voces *ad rem pertineat* (... *pertinere* Med. I, Vat. VIII) glossemate additae sunt; ideoque eas sustuli. Membrum *neque*, *etc.* pendet non a superiore infinitivo: *pertinere*, ut voluit Targa, sed a verbo *interest.* *10, 7 *quam μέθοδον Graeci vocant*, Targa. — Vox *Graeci* in Med. I et Vat. VIII desideratur et expungi debet; nam, ut Targa ipse animadvertit, medici qui aut ex Graecia erant, aut ex iis regionibus ubi graece loquebantur, vocem *μέθοδος* seu *methodus* in promptu habebant. — Item 2, 2 dele voces *[apud Graecos]*; adverbium *olim* non solum ad Graecos, verum etiam ad Romanos referendum est. *10, 21 *efficiant*, libri omnes; *efficiunt* lege, et cf. p. 63, 2. 16, 1 *genera [et sexus] et aetates*, Targa. — Duae hae voces *et sexus* additae sunt ab aliquo sciolo. Quae in hoc ceterisque hujus libri capit. praecipiuntur omnia ad mares et feminas aeque pertinent. In hoc enim libro, ut Targa ipse monet, non de aegrotis sed de imbecillis hominibus sermo est; atque ideo observationes quas varia eorum corpora desiderant, maribus et feminis communes sunt. 16, 7 *continenter*, Targa. — *incontinenter* Med. I, Vat. VIII; et recte quidem. Targae *continenter* ex aliis codd. revocare placuit; sed perperam. Vide de hoc loco dissertatiunculam quam Diario *J^al^ général de l'Instruction publique* (3. Martis 1847) inserui. *16, 21 *paululum*, Targa. — *paulum* revocari debet ex codd. Med. I, Vat. VIII. cf. l. 33; p. 241, 35 et alibi. 18, 18 *somnus nimium vel brevis vel longus*, *lectus per*

---

*) Asterisco * notavi locos ubi emendatio nova, vel certa, vel verisimilis in meum textum reponenda est.

aestatem terra, hieme durum cubile. — Verba illa inepta: *lectus ..... hieme* licet suspecta habuerit Targa, in textum tamen recepit; *lectus*, *terra* et *hieme* in codd. Vat. VIII et Med. I recenti manu addita sunt. In cod. 7028 (ubi hoc membrum bis reperitur, fo. 14 et 146) legitur ... *vel longus per aestatem. Durum cubile.* Unde apparet glossema *per aestatem* ad vocem *somnus* pertinere, idque comprobatur codd. Vat. VIII et Med. I. — Apud Hippocratem, unde hic locus manifeste desumptus est, solummodo legitur: *σκληροκοιτέειν*. Contextus denique demonstrat hic Celsum nullam distinctionem inter aestatem et hiemem in animo habuisse. 18, 21 *perfrigidi* codd. omnes quos Targa inspexit. Ego vero auctoritate permotus cod. Paris. 7028 ubi *praefrigidi* reperitur, et Celsi ipsius qui bis voce *praefrigidus* utitur (p. 72, 4; 136, 26), *praefrigidi* loco *perfrigidi* recepi. Hippocrates (*loco in textu laud.*) *μὴ σφόδρα ψυχρόν* exhibet. 22, 6 *ad cutem tonderi [utileque lunam vitare, maximeque ante ipsum lunae solisque occasum] sed numquam post cibum*, Targa. — Verba uncis seclusa deliramentis astrologiae referta, ab aliquo sciolo ad marginem inepte scripta, ineptius in textum a librariis recepta sunt; et quum membrum hoc insititium miro modo consecutionem verborum turbare videretur, manus sat antiqua in cod. Med. I verbum *progredi* addidit post *cibum!* 23, 26 *omnia denique deinde fugere quae tarde concoquuntur.* Ita legitur in omnibus libris et manu scriptis, et typis mandatis; *denique* pro *deinde* et *sumere* pro *fugere* Lindenius recte legit. Hoc membrum additum esse ab aliquo sciolo Targa affirmat; ego vero non ita censeo si cap. 28 libri II, p. 70, 24—25, specto, ubi fere eadem dicendi ratio occurrit. *24, 1—2 *uva ex olla vel ex defruto.* Ita codd. Med. I (qui prima scriptura *ollea*, secunda vero, sed antiqua, *olea*), Vat. VIII. „Ego censeo Celsum scripsisse *uva ex olla, vel olea ex defruto;* Celsus enim uvas ex olla et oleas ex pasto defrutove servatas inter res stomacho aptas (II, 24) adnumerat; uvas autem ex defruto neque ipse usquam memorat [quod non me movet si Columellam *l. in textu l.* specto]; et Plinius (XXIII, 1, 7) atque Dioscorides (V, 3) stomacho inutiles esse tradunt“ Targa. — Revera apud Dioscoridem legitur: *Aἱ δὲ ἐκ τοῦ ἑψήματος καὶ γλυκέος* (*ex defruto*) *κακοστομαχώτερα*, et apud Plinium: „Quae in vino aut in dulci (videl. *ex defruto*) conditae fuere

caput temptant." cf. Gal. *Alim. facult.* II, 9, t. VI, p. 577, ubi eadem iisdem fere verbis leguntur. Insuper ex varietate lectionis cod. Med. I colligi potest Celsum scripsisse, ut voluit Targa, et veram lectionem depravatam esse ex similitudine verborum *olla* et *olea*. 24, 8 *At si laxius intestinum dolere consuevit quod colum nominant*, Targa. — Verba *quod colum nominant* suspecta videntur Targae; idque recte. Celsus enim qui saepius (cf. praesertim IV, 1, ubi agitur de interioribus corporis partibus) hujus intestini meminit, *latius* aut *laxius*, aut *crassius*, aut *plenius*, denique *majus* (p. 57, 4 ubi: *quod Graeci κόλον nominant* delendum nunc censeo) id vocat; nusquam vero (si locum supra laudatum eumque valde suspectum excipias) voce *colon* vel *colum* utitur. Insuper hoc membrum *quod colum nominant* eo loco ubi positum est, consecutionem verborum turbat; idque propterea in meum textum non recepi. 25, 8—9 Verba: *quod in podagra chiragrave esse consuevit* suspecta sunt Targae, cui non possum assentire si cap. 7 lib. II, p. 39, 35 sqq. respicio — cf. II, 8 p. 45, 37—38; III, 27, 2, init.; IV, 31, init. 28, 17 *sed priores morbi quoque*, libri omnes. Targa recte censet vocem *priores* delendam esse. Emendatio manifesta est si vexatus hic locus conferatur cum Hippocratis textu quem Celsus fere ad verbum ex sermone graeco in latinum transtulit. Non agitur de morbis praegressis sed de iis qui oriuntur tempestatibus bene ordinatis. Praeterea notandum est codd. Med. I et Vat. VIII atque 7028 exhibere *prior*. *28, 29 *pustulae*. — *pusula* ubique Vat. VIII pro *pustula*, Med. I et 7028 fere semper, ceteri codd. et edd. modo *pustula*, modo *pusula* exhibent; in meo autem textu (ex. gr. p. 28, 29; 44, 11; 110, 15) ubicumque *pustula* legitur errorem typothetarum habeas. 28, 29 *abscessus corporis*, Targa. — Vocem *corporis* hic et saepius (cf. p. 98, 4: *imperari corpori potest;* 106, 23: *si imperata sunt corpori;* 252, 33: *quae manu corpori adhibetur)* inepte ad marginem scriptam sustuli, monente Targa. — Praeterea notandum est apud Hippocratem, quem hic excerpsit Celsus, φύματα, non ἀποστήματα, reperiri, unde suspicari possis voces *quae ἀποστήματα Graeci nominant*, ex glossemate profectas esse. Denique verba *quam μελαγχολίαν appellant* l. 30 hic prorsus inutilia mihi videntur licet ap Hippocratem legamus: τὰ μελαγχολικά. 29, 3 *tabes*, *qu*

Graeci φθίσιν nominant; haec interpretatio inutilis, vox enim *tabes* apud auctores latinos usitatissima; quin etiam falsa, nam apud Celsum ipsum (III, 22) tabes pro genere morbi habetur, cuius φθίσις species est. 29, 11 *exerceant*, libri omnes. *exercent* scripsi efflagitante sententia. 30, 6 et 98, 13 φρένησιν, Targa — φρενῖτιν ex Hippocrate ceterisque auctoribus graecis revocavi. *phrenesin* Latini vertunt (videsis ex. gr. Senec. *De ira* I, 13) unde colligere licet librarios, non Celsum, hanc vocem literis graecis scripsisse. 31, 33 *emacuit*, Targa. — *emacruit* ex plerisque codd. et edd. antiquis vulgavi, item p. 34, 13; 51, 4; 353, 3. 33, 2 *sternumentum*, Targa et ego. „Codd. Med. I, Vat. VIII hic et alibi habent *sternumentum*, alicubi *sternutamentum;* sed syllaba *ta* eadem manu, aut certe veteri atramento expuncta fuit“ Targa. Ideoque ubi in meo textu, sicut apud Targam ipsum, *sternutamentum* legitur (ex. gr. p. 39, 5; 46, 29 et 34; 47, 10; 126, 9 et 11; 180, 24; 337, 17; 343, 14), *sternumentum* reponendum est. — Modo *sternutamentum*, modo *sternumentum* exhibet cod. 7028. 34, 18 *Longas febres hunc fastidire*, Targa. — Vox *hunc*, me judice, redundat. Item p. 36, 26, ubi Targa legit *is deorsum*, vocem *is* sustuli. 34, 20 *febres eas*, Targa. — *eas febres* scripsi cum codd. Med. I, Vat. VIII, et cum Celso ipso qui sexcenties hac ratione dicendi utitur; ex. gr. p. 93, 20; 119, 14; 130, 8; 215, 31; 277, 36; 328, 6. 39, 27 *jocinoris* — modo *jecinoris*, modo *jocinoris* exhibent codd. et edd.; scripsi *jecinoris*. Charisio enim (I, p. 48, 20 ed. Keil) si fides habenda est, haec forma usitatissima videtur; quidam, ait, dicunt: *iocinus*, *iocinoris*. 40, 7 Vocem *capitis;* item 40, 19 voces *vel hirudo* quae in codd. et editt. desunt, revocavi ex Hippocrate *Prorrh.* II, 42 et 17. Haud dubie omissae fuerunt a librario qui archetypum codicem descripsit — cf. quae notata sunt ad p. 49, 38. 43, 31 *Infra transversum septum fit abscessus [quod διάφραγμα Graeci vocant]*, Targa. — „Plerique codd. pro διάφραγμα, στρέβλωσιν (!) exhibent. Ex ea lectionis varietate facile apparet membrum hoc *quod διάφραγμα Graeci vocant* esse addititium“ Targa, cui plane assentio. Insuper, saltem me judice, consecutioni verborum repugnet, si post verbum *abscessus* ponatur. Fortasse idem glossema in textum irrepsit prooemio libri I, p. 7, 33; Celsus enim IV, 21, p. 121, 7 sqq. et saepius alibi *septum transversum* memo-

rans nusquam voce διάφραγμα utitur. 49, 22 *tormina vetera esse coeperunt*, Targa. — Vocem *vetera* ex margine irrepsisse manifestum est; ubique enim vox *tormina* simpliciter a Celso usurpatur; insuper in vexato hoc loco *vetera* repugnat verbo *coeperunt*. 49, 38 *si et çibi cupiditas non est*, Targa, qui in notis: „Particula *et* videtur redundare." — Codd. Med. I, Vat. VIII ita habent: *si cibi et cupiditas non est*. Particula *et* non redundat, ut censet Targa; codd. antiqui vestigia genuinae lectionis retinuerunt. Vocem *ambulationis* revocavi ex Hipp. *Prorrh.* II, 23, unde hic locus desumptus est. Ibi enim legitur: ἐσθίειν τε ἀδύνατοι γίνονται οἱ ἄνθρωποι καὶ τῇσι περιόδοισι χρῆσθαι. Cf. quae notata sunt ad p. 40, 7. 55, 7 *adverso*, Targa. — *averso* reposui ex codd., quod sensui optime congruit; nec capio quomodo Targa dicere potuerit hanc lectionem esse mendosam. 56, 2—4 *In morbis longis ..... quamvis jam et iis spatium aliquod accessit, in acutis quoque quibusdam si et levari corpus debet*, Targa. — Hic locus miro modo a librariis depravatus est; quid enim sibi voluit Celsus dicendo: *in morbis longis ... quamvis jam et iis spatium aliquod accessit?* Emendatio manifesta omnes fugit editores, quod sciam: omnia bene habent si verba transponuntur; ideoque particula *et* minime redundat, ut Targa arbitratus est. 57, 26 *Vel malva decocta sit [si, reprimendi causa, ex verbenis]*, Targa. — „Hoc membrum *[si ... verbenis]* insititium esse puto, et quia mutatur constructio et quia agitur de alvo ducenda .... ita ut reprimentia locum hic habere non possint" Targa, cui plane assentio; itaque hoc membrum sustuli. Notandum est praeterea cum Morgagnio in cod. Foroliv. supra vocem *leni* (l. 25) scriptum esse *leniendi causa*. 59, 34 *si minus*, Targa, cum codd. Med. I et Vat. VIII, — *minus* ceteri codd. et edd.; *sin minus* legi cum Lind. cf. ex. gr. p. 207, 22; 226, 17. 60, 8 *potest ducenties [esse faciendum]*, Targa. — Ex contextu manifestum membrum *esse faciendum* ineptum esse glossema. 61, 7 *vel in alto [mari, navi]*, Targa. — Quis non videt voces *mari navi* ineptam esse adnotationem margini adscriptam? Nec volui sane *mari* cum Krausio retinere; Celsus enim (cap. 18) more Latinorum *alto* pro nomine utitur. 62, 2 *sint*, Targa. — s̄ Vat. VIII, *sunt* Med. I, eaque vera est lectio, cf. quae supra posui ad p. 10, 21. 62, 13 et alibi *murtetum* non *myrtetum* cum libris optimis dedi. Item *myrrha*, non *mirr*

ut saepius Targa. *62, 32 *si eae sunt lentae levesque jamdiu male habent*, Targa. — *lenes* Med. I, Vat. VIII; *lienes* ceteri. Lubenter hic sequeremur lectionem codd. deteriorum, nisi male quadrare videretur cum iis quae leguntur l. 33 sqq. et IV, 16, init. Verisimilius igitur habemus *lentae* esse glossema vocis *lenes*, legendumque esse *si eae sunt lenes et jamdiu male habent.* 65, 5—6 *vel quae radicula [specialiter] appellatur*, Targa. — Vox *specialiter* Celso inusitata, ex margine in textum migravit. Vocem *radicula* κατ' ἐξοχήν saepius usurpat Celsus, ex. gr.: p. 19, 23; 67, 30; 73, 13. Praeterea notandum est in cod. 7028 hoc glossema sic exhiberi: *pastinaca vel specialiter radicula.* 65, 13 *grandiores [aves]*, Targa. — Vocem *aves* glossema esse quis dubitet? 65, 20 *gravissimi sunt ex quibus*, Targa. — Vocem *ii* quae ab omnibus codd. abest inserui, monente ipso Targa; scripserunt enim oscitanter librarii *deinde ii* (l. 21) in codd. Vat. VIII et Med. I, et 7028 (*hi*); ibique redundat. 65, 27; 70, 22; 71, 13; 249, 20: primo loco *lactens* Targa, alii *lactans*, praeter cod. 7028 in quo legitur *lactens;* secundo vero et tertio loco *lactantia* Targa; *lactentia* Med. I et Vat. VIII secundo loco, *lactantia* vero tertio; quarto *lactens* Targa, *lactans* Med. I, Vat. VIII, 7028. Si revera *lactens* significat qui lac sugit, *lactans* autem qui lac continet aut praebet, Targa recte lectionem codd. emendavit, et in meum textum p. 249, 20 *lactens* reponi debet. Non negandum tamen apud optimos auctores, saltem quales hodie typis exarati sunt, utroque sensu modo legi *lactans*, modo *lactens.* Verum, ni fallor, nondum tam accurate excussi sunt codd. msti, ut certum de his rebus judicium ferri queat. Arbitror itaque majorem fidem esse habendam antiquis grammaticis; sic in vetustissimo glossario S. Germ. Paris. legitur *lactans* id est *qui lac praebet*, *lactens cui lac praebetur*, cf. Fl. Caprum *De orthogr.* p. 2242. 67, 4—5 *quas* εὐχύλους *vel* κακοχύλους *Graeci vocant*, Targa cum plerisque codd. et edd. — Εὐχύμους et κακοχύμους reposui auctoritate Galeni. Vid. Orib. T. I, p. 567 adn. paginae 32, 2. Ceteroquin hoc membrum, Targa ipso judice, pro glossemate potest haberi. 67, 20—21 *malva cucumis cucurbita.* — Vox *cucumis* ut Targa ipse animadvertit delenda est. Celsus enim *cucumerem* inter cibos mali succi recenset (p. 68, 2) idque recte, ut apparet ex Orib. III, 16; T. I, p. 220, 3. Verisimile est

cucumis glossema ineptum esse vocis insequentis *cucurbita*. Eaque conjectura firmatur cod. 7028 ubi non *cucumis* sed *cucumeris* prima manu scriptum, secunda deletum est. 69, 10 et 15—16 *vel punicum; Absinthium, murices purpurae cochleae ...... pectines, murices, turtures, nuclei pinei*, Med. I, Vat. VIII, 7028 qui *pinei* omittit. Lectionem Targae nec non ceter. edd. recepi. Opinor autem in optimorum nostrorum codd. prototypo inter *punicum* et *uvae* (l. 10) nihil intersertum fuisse, post *pectines* vero hunc codicem exhibuisse *murices turtures, nuclei*. Ad hanc lectionem vitiosam emendandam margini adscripsit nescio quis, *murices, purpurae cochleae*. Qui vero primus hunc codicem exscripsit lectionem vitiosam loco suo reliquit, emendatam vero alieno loco in textum transtulit. Vox *pinei* quae cod. 7028 deest profecta est a quodam sciolo non intelligenti vocem *nuclei* vel *noclei* nihil aliud esse nisi vocem *cocleae* corruptam, quippe quae idem fere sonet. 69, 15 *cibi, potionesque vel frigidae vel ferventes; absinthium*, Targa. — Vocem *cibi* valde mihi suspectam in *cybium* mutavi. Apud Xenocratem (cf. Orib. II, 58; t. I, p. 255, 7) legitur. *Κύβιον πηλαμὺς μετὰ τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας ἀπὸ Πόντου ἐπὶ Μαιῶτιν λίμνην ὑποστρέφουσα εὔστομος, εὔχυμος.* cf. Festus voce *Cybium*. Quid autem sibi voluit Celsus dicens: *cibi frigidi vel ferventes?* — Vocem *absinthium* (l. 16) expungere jubet Targa, cui non possum plane assentire. Quum optimi codd. eam post *punicum*, recentiores vero ad calcem capitis exhibeant, fieri potest ut in cod. archetypo margini adscriptum fuerit hujus herbae nomen, quod librarii deinde alii huc, alii illuc in textum transtulerunt. Notandum tamen Oribasii caput (III, 19), quo eodem modo res stomacho idoneas recenset, terminari verbis: *ὡς ἐν φαρμάκοις ἀψίνθιον.* 69, 22 *vel ex hordeo [oleum] radices*, Targa. — *Oleum* aut glossema est vocis *pinguia*, aut lectio depravata vocis *olerum;* deest saltem in cod. Vat. VIII; *oleo* autem scribitur in 7028. 70, 6 *conchiliis*, Targa. — *conchyliis* scripsi ut Graeci sermonis leges tenerem. *71, 27 *grus, omnes aves quae magis currunt*, Targa. — *grues*, Vat. VIII, 7028 (in eo legitur *grues, omnesque aves quae*, etc.); *graves* Med. I. Ea lectio, quae non est spernenda, Aristotelis auctoritate firmari videtur. Cf. Meyer *Arist. Thierkunde*, p. 295. Attamen grus a Celso (II, 18, p. 64, 21) recensetur inter grandes aves *quae sunt generis valentissimi i*

plurimum alimenti est. Denuo hunc locum perlustrans legendum esse censeo cum cod. 7028 *grues, omnesque aves* etc. 71, 30 *quam in [caseo] transmarino*, Targa cum plerisque codd. et edd. — *quam in eo transmarino* Med. I, Vat. VIII, 7028. *Caseo* glossema est; itemque *eo*, ut Targa ipse notat. 72, 15 *nuclei pinei et quae tertio libro ydropi enumerantur titulo XV* [in edd. cap. 21], Med. I, Vat. VIII, 7028. Verba *et quae* etc. nil nisi adnotatio margini adscripta, ut Targa ipse animadvertit. cf. quae notata sunt ad pag. 163, 18—19. 72, 26—27 *constant .... opitulantur*, Targa. — *constent .... opitulentur* scripsi cum codd. Med. I, Vat. VIII, 7028. 73, 7 *herba muralis, παρθένιον vel περδίκιον appellant*, Targa. — Lectionem quam recepi, etiamsi repugnante Morgagnio, firmare mihi videtur Plinius. Apud hunc enim auctorem legitur: „Parthenium alii leucanthes, alii amaracum vocant, Celsus apud nos *perdicium* et muralem" (XXI, 30, 104 ed. Sillig.). *73, 29 et 221, 2 *git*, Targa. — Scripsi modo *git* modo *gith;* sed perperam ut apparet ex Plinio (XIX, 7, 167) ubi vide Sillig. cf. etiam Charisium p. 131, 7 sqq. ed. Keil. In vetustissimo glossario S. Germ. n°. 12 *git* reperitur. 76, 32—33 *si paulo graviora [facile sit]*, Targa. — Verba *facile sit* glossema quod expunxi; membrum enim: *si paulo graviora* pendet a: *satis sit* (l. 31). 77, 28 *aut nihil remittunt [sed continent]*, Targa. — *Sed continent* alicujus scioli adnotatio marginalis est, Targa ipso judice. 80, 8 *neque imbecillitatem fame prodat*, Targa, qui vocem *imbecillitatem* deleri, et *perdat* pro *prodat* legi iubet. — Ego vero lectionem codd. retinui; neque verbum *prodat*, neque vox *imbecillitas* hic repetita sermoni Celsiano repugnare mihi videntur. 80, 26—28 *[adèo ut Hippocrates ..... sit solitus]* — Enarratio margini adscripta quae in textum migravit. In codd. vero et in edd. inserta fuit post verbum *darent* (l. 34), ubi satis male cum praegressis cohaeret; saltem post *nominabant*, Targa ipso docente, transferenda, vel potius, me judice, omnino expellenda est. 83, 13 *remissio est [aegro]*, Targa. — Vox *aegro* (*aegris* nonnullae edd.) glossema est. Codd. Med. I, Vat. VIII habent: *remissior est aeger.* Unde fluxerit varietas lectionis facile intelligi potest. 86, 29—30 *qua [male — mole* Lind.] *plerique aegros in ipsa febris impetu [potissimeque febris ardens est] male habent*, Targa. — Verba uncis inclusa

e margine in textum migrarunt. Vocis *male* iteratio hanc opinionem firmat. *89, 38 et 90, 1 *non defectio, non dejectio, non profluvium alvi fuit,* Med. I, Vat. VIII; *non dejectio non profluvium alvi fuit* ceteri codd., editionesque et Targa, qui verba *non profluvium* expellenda esse censet. In cod. archetypo scriptum erat ni fallor *defectio*, idque seu a primo, seu ab altero librario in vocem *dejectio* mutatum est. Postea haec vox *defectio* in textum juxta alteram *dejectio*, quae non erasa erat, recepta est. Insuper *profluvium alvi* adscriptum videtur ad interpretandam vocem *dejectio*. — Nonne *defectio* (videl. *animi*) hic aptior esset quam *dejectio?* 90, 9 *decessionesque [ut aliud morbi genus videri possit]*, Targa. — Verba *ut ..... possit*, glossema est suo loco motum; pertinent enim ad ea quae leguntur l. 10—11: *ut quod idem est non idem esse videatur*. 92, 3 *pitacia*, Targa. — *pittacia* edidi; graece enim πιττάκιον scribitur. *93, 13—14 *foetoremque quemdam oris quem ὄζην Graeci vocant*, omnes. „Verba haec ab aliquo sciolo addita videntur. Mulierculae aiunt ex pravo quodam odore quem aliquis ab ore efflat se noscere hominem febricitare" Targa idque recte. praeterea notandum est, si fides habenda *Thesauro linguae gr.*, hanc vocem ὄζην nusquam alibi reperiri; saltem scribendum erat ὄζαινα· ὄζαινα autem non oris sed nasi apud auctores Graecos foetorem designat, unde patet membrum: *quod genus Graeci ὄζαιναν appellant* tollendum etiam cap. 8 lib. VI, p. 244, 26; cf. VII, 11, p. 286, 19 ubi haec vox recte usurpatur. 93, 15 *quotidie [parum] cibum dandum*, Targa. — Vox *parum* inepte addita est; Celsus enim praecepit non qui modus cibi, sed quo die dandus; insuper nusquam dixit *cibum parvum* sed *exiguum:* ex. gr. II, 12, p. 57, 28. — cf. tamen quae notata sunt ad p. 140, 24. 95, 17 *ut hoc [ipso] ordine;* Targa. — Vox *ipso* tollenda est; ordo enim non antecedentia sed sequentia spectat. 95, 23 *postero die [qui vacat]*, Targa, Med. I, Vat. VIII. — Voces uncis inclusae certo spuriae sunt; quis enim non intelligit in tertiana, quae ex toto intermittit, alterum diem esse integrum? Ceteroquin cf. III, 3. Ceteri codd. verbis *qui vacat* substituerunt *quo cibo vacat*, ut probabilior inde sensus emergeret. 97, 1 *subsistendum*, Targa. — *sistendum* e codd. Med. I et Vat. VIII revocavi. 100, 26 Post verbum *inducunt* in omnibus et codd. et edd. legitur:

nomen (videl. *sycamini lacryma*) *apud medicos reperio; sed cum Graeci morum* συκάμινον *appellent*, *mori nulla lacryma est. Sic vero significatur lacryma arboris in Aegypto nascentis*, *quam ibi* μορόσυκον *appellant. Plurimi decoctis papaveris corticibus*, *ex ea aqua spongia os et caput fovent.* — Nullus quod sciam editor animadvertit haec verba nil nisi scholion esse, miro modo contextum depravans. cf. p. 236, 26—31. 102, 29 *quod genus insanientium specie simile*, *similique victus genere curandum est*, Constant. Lind. Targa, — .... *specie similique* .... libri antiqui omnes. Locus hic a librariis certo depravatus est; si codicum lectio servatur, sensus non constat. Si legitur *specie simili*, vox *species* pro medicamento a Celso usurparetur, sed uusquam alibi, quod sciam, hoc sensu occurrit; si autem *genus* .... *simile* legamus, minus elegans dicendi ratio videtur. Fortasse, ut Targa censet, vox *insanientium* vel tollenda (cf. III, 12, p. 113, 16 et IV, 12, p. 137, 1) vel mutanda in *insaniae*, ideoque legere maluerim: *quod genus insaniae simili victus genere curandum est*, voces *specie simile* seu *simili*, et particulam *que* pro glossematibus habens. 104, 24 *quodlibet aliud [haec enim cum comburentur odorem foedum movent]*, Targa. — Membrum uncis inclusum glossema videtur loco suo motum; pertinet enim ad verba *galbanum* ... *pilos* ... *cornu cervinum*. *105, 29 Verba ὕδρωπα *Graeci vocant*, si locum quem tenent spectas, glossema videntur. 107, 2 *sudationes sunt [quales super Baias in murtetis habemus]*, Targa. — Haec verba *quales* ..... *habemus*, ut docet Targa, ab aliquo enarratore ex cap. 17 libri II margini adscripta fuerunt, et inde in contextum irrepserunt. *118, 27 *lactucae marinae quae grandis juxta mare nascitur*. Non dubito quin verba: *quae* .... *nascitur* addititia sint; ideoque tollenda esse judico (cf. Plinius XXVI, 8, 39). Targa dubitat an Celsi haec verba sint necne. 112, 18 *praecipueque [vel ex prima — ex pruna* Med. I, Vat. VIII, 7028] *cerebellum*, Targa. — Verba *vel ex prima* seu *pruna* scholion sunt loco suo motum; pertinere enim videntur ad voces: *ex media*. Morgagnius putat sub mendo latere nomen cuiusdam animalis; idque sane suspicari possis. *112, 26—27 *quas* ὠμοπλάτας *Graeci vocant*. Dubito an haec verba quae prorsus hic inutilia videntur, sint Celsi necne. De graecismo autem *quas* cf. p. 288, 24 et quae notavi ad p. 171, 12. 113, 5 *et mellis pars*

altera [praecipua tamen ex his omnibus sunt victus, vehiculum et navis et sorbitio], Targa. — Omnia verba uncis inclusa inepta, ut Targa ipse docet, ineptius etiam e margine in textum migrarunt. Praeterea notandum est vocem *vehiculum* (de quo Celsus nullam fecerat mentionem) desiderari in codd. Med. I et Vat. VIII. Haud dubie hoc scholion, loco suo motum, pertinet ad verba: *adjicere debet exercitationes* etc. l. 7—8. 115, 32 *utique*, Targa cum Lind. — *Ubique* reposui ex codd. et edd., licet fere eodem textu saepius *utique* a Celso usurpetur, ex. gr. p. 104, 32; 113, 5; 144, 33; 197, 25; 230, 14; 273, 37; 319, 16; 341, 9. 116, 12—13 *imposita*, Targa. — *superimposita* ex codd. Med. I, Vat. VIII revocavi. *117, 6 Verba *ἀποπληξίαν hunc Graeci vocant*, certo e glossemate profecta sunt, Hippocrates enim unde locus iste descriptus est voce βλητός utitur. 119, 15 *digerunt ut dissipetur*, Targa. — *digerunt*, *dissipetur*, Med. I, Vat. VIII, *digerunt ut dissipentur*, alii. Ideoque *digerunt*, *dissipentur* (videl. *suppurationes*) scripsi; conjunctio *ut* a qua pendet verbum *dissipentur* e particula *ne* (l. 13) petenda. 119, 24 *abellanae*, Targa. — Cum codd. Med. I, Vat. VIII *avellanae* scripsi. *123, 11 *quam κεφαλαίαν Graeci vocant*, omnes. Haec verba ex glossemate addita videntur; Galenus enim ceterique auctores κεφαλαλγίαν, non κεφαλαίαν morbum hic a Celso indicatum nominant. 125, 6 *os cum motu quodam pervertitur [ideoque nihil aliud est quam distentio oris]*, Targa. — Membrum uncis inclusum nihil aliud est quam scholion margini adscriptum ad interpretandum: *os cum motu* cet. Insuper, ut Targa ipse animadvertit, *distorsio*, non autem *distentio oris* Celsus scripsisset. 125, 15 *calida [vel] marina*, libri omnes et manu scripti et typis exarati. Particulam *vel* expunxi, monente Targa. cf. III, 27, 1, p. 18, 9; IV, 2, p. 124, 11—12. 130, 7 *circa*, Targa. — *citra* scripsi cum codd. Med. I, Vat. VIII, 7028, et fere omnibus aliis; sensus idem manet si lectio antiqua servatur. *131, 24 *vulpinum .... pulmonem .... sed sine ferro coctum*, Targa cum omnibus libris et ego; — .... *tamen sine ferro coctum* 7028. Plinius (XXVIII, 197 ed. Sillig) scribit: „Jocur quoque volpinum aut pulmo in vino nigro .... laxat meatus spirandi". Cf. Sextus Placitus cap. 3 § 5. Quid autem Celsus sibi voluit dicens *sed sine ferro coctum?* ex Marcello Empirico intelligere licet. Apud hunc enim auctorem (cap. 17) legitur: „Profuit m

ad suspirium, vel dyspnoeam depellendam pulmo vulpis, vel jecur *in olla fictili* exustum, atque ad cinerem redactum.“ Itaque signum interrogandi post *ferro* positum dele. 137, 7 *Sumbruinarum*, Targa cum fere omnibus codd.; — *Simbruinarum* scripsi; cf. Tacit. *Annal.* XI, 13 et XIV, 22. 138, 6 *[Et] initium*, Targa. — Particula *et* redundare videtur, ut Targa notat. *138, 10; 139, 26; 140, 32 verba πλευριτικός — περιπνευμονικόν — ἡπατικόν mutanda sunt, ni fallor, in πλευρῖτις — περιπνευμονίαν — ἡπατῖτιν. *139, 4 *danda sint ex ratione [vel adjectae vel] levatae febris apparebit.... cum eo tamen*, Targa. — Vox *adjectae* hic monstrum est, ut jam monuit Lindenius qui *adauctae* legere jubet; sed nec *adjectae* nec *adauctae* retinere volui. Quum enim Celsus dicat, quibus temporibus cibi dandi sint, ex ratione levatae febris apparere, eosque in maxima remissione dandos esse jubeat, inepte interjiceret seu *vel adjectae* seu *vel adauctae.* Praeterea notandum est voces *vel adjectae vel* in cod. 7028 desiderari. in eo enim legitur: *danda sint usquedum levatae febris apparebit cum eo tamen ut*, omissis verbis *sic ut .... dentur;* quae ex glossemate explicandi causa addita videntur. *140, 24 *purum aerem*, Targa et ego. — Hoc autem loco denuo perlustrato vox *parvum*, quam exhibent codd. Med. I, Vat. VIII et 7028, nunc anteponenda mihi videtur. cf. tamen quae notata sunt ad p. 93, 15. *142, 16 scribendum est *intubique ex eodem*, *betae ex sinapi*, *asparagus*, *et;* cf. Plin. XIX, 133, ubi legitur: „... ut lenitas (betae) excitetur acrimonia sinapis.“ 142, 30 *Fit ex unguento et palmulis [quod μυροβάλανον Graeci vocant]*, Targa. — Quae verba uncis inclusa sunt vel reliquis glossematibus ineptiora, ut Targa ipse docuit. *143, 31—32 verba: *Ergo eo nomine morbum hunc χολέραν Graeci nominarunt*, sunt mihi valde suspecta. χολέρα enim non a χολή sed a χολάς provenit (cf. Alex. Trall. VII, 14 et Orib. T. II p. 836); temporibus tantummodo vel recentibus vel recentissimis voce χολέρα seu pro bile, seu pro bilis effusione usi sunt. 144, 7 *ob omni*, Targa, haud dubie typothetarum σφάλματι. Scripsi *ab omni* cum codd. et edd. *144, 34—35 *paulatim se cibo reficere somno quisquis facile acquiescit* (*acquiescere*, 7028) *itemque lassitudine et frigore*, omnes libri antiqui et Targa, qui notat aliqua deesse post verbum *acquiescit.* Nec sensus ex his verbis elici potest, nec ordo verborum constat.

In margine Constant. legitur ... *somnoque qui facilis acquiescit, vitataque lassitudine et frigore.* apud Lind. autem: *somnoque quisquis facile adquiescit; vitatque lassitudinem et frigora.* — Apud Philumenum (Aëtius IX, 12, p. 450, c. ed. Steph.) reperitur: *somnus procurandus et quies omni modo.* Nonne verba *somno .... acquiescit* glossema sunt pertinens ad: *dormire oportet* l. 33, et *itemque lassitudine et frigore* transferri debent post verbum *abstinere?* 145, 31 *vinum [vel aquam] bibere*, Targa. — Duae voces *vel aquam* tollendae sunt. Celsus enim jubet pluvialem aquam decoctam potui dari, altero vero die vinum.

147, 5 *et sive frigus subit*, Targa. — *et sive quum* (*cum* codd.) ex libris antiquis revocavi. *147, 28 Verba *δυσεντερία Graece vocatur*, ex glossemate profecta esse videntur; supra enim jam saepius (cf. ex. gr. p. 29, 29 et 35; 43, 1; 49, 22; 149, 3; 150, 22 et 35) vocem *tormina* adhibuit Celsus, nulla interpretatione addita. Nec minus Cato (*R. R.* 156, 5; 157, 9) eodem sensu hoc vocabulo usus est. Notandum praeterea nullam interpretationem adhibitam fuisse cap. 23 huius libri, ubi de levitate intestinorum agitur. 148, 12 *vel ex dura muria edisse [cibos potionesque eas quae astringunt alvum]*, Targa. — Membrum uncis inclusum nil nisi scholion loco suo motum; pertinet enim ad sequentia: l. 21—22; 26—28. — cf. l. 36—37. 148, 36 *quae supra comprehensa sunt. [Valensque est etiam adversus cancerem intestinorum minii gleba cum salis hemina contrita, si mixta his aqua in alvum datur]*, Targa. — Adnotatio margini adscripta, ut Targa ipse notat; nec meminit enarrator Celsum non *cancerem* sed ubique *cancrum* scripsisse. *150, 7 *duas potiones sumat. At aquae, vel muriae durae sit adjecta*, Targa cum plerisque codd. — *duas potiones sumat aut aquae vel muriae durae sic adjectae*, Med. I et antiq. edd. Legere jubet Targa: *duas potiones sumat aquae cui sal vel tertia pars muriae durae sit adjecta* (videl. *ad purgandum*). Emendatio, me judice, minime apta; hoc enim membrum *At aquae*, etc. mihi videtur respondere ad ea quae leguntur p. 157, 23. Fortasse addendum erat *marinae* post *aquae*.

*150, 35 *in torminibus*, Targa cum Constantino qui docet Celsum alibi eodem modo loqui, ex. gr. IV, 12, p. 136, 22; VII, 33, p. 322, 17. *in tormina* libri antiqui, quae lectio servari potest; sermoni enim Celsiano non repugnat. 152, 5—6 *pira tarentina* ....

mala scandiana, *myrapia* codd. et Targa qui legere jubet: *pira tarentina .... vel myrapia*, *mala scandiana*. Ego malui ordinem verborum non mutare et *[pira] myrapia* scribere. 152, 30 *vel rubi decocti sint [potata]*, Targa. — Vox *potata* inepte sensum turbat. Notandum etiam, Targa ipso monente, Celsum *potus*, vel *epotus*, sed nusquam *potatus* scribere. 153, 12 *si parum [est]* et ibid. l. 32—33 *ex rosa [fiet]*, Targa. — Voces *est* et *fiet*, hic sermoni Celsiano repugnantes, tollendae sunt. 155, 21 *comprimentibus* codd. „Malim *reprimentibus* [cf. III, 18, p. 99, 29—30; IV, 31, p. 158, 12], sed cum Celsus cap. 22 huius libri scripserit: 'subluere aqua calida in qua decoctae verbenae sint' hic vox *comprimentibus* [vel *reprimentibus]* videri potest ex glossemate addita" Targa, qui et *reprimentibus* et *comprimentibus* tolli jubet, quia, ni fallor, verbenam peculiarem stirpis speciem habet; sed perperam. 156, 33—34 Verba: *quae in podagris chiragrisve esse consuerunt*, Targa suspecta habet. Vid. tamen I, 9, p. 25, 8—9 et quae ibi notantur; II, 8, p. 45, 37—38. 158, 18; 163, 11; 175, 21; 236, 24 *lapis asius*, Targa; *lapis assius* scripsi. Graeco enim sermone dicitur ἄσσιος (ἐν ἀσσῷ γεννώμενος) λίθος. cf. Diosc. V, 141; Gal. *Simpl. med. facult.* IX, 11 § 9, t. XII, p. 202. 159, 2 *negotiosa cogitatione [vel actione]*, Targa et plerique codd. — *negotiosa actione* Med. I. *Vel actione* glossema mihi videtur quod in Med. I textum genuinum expulit. Quid enim sibi voluisset Celsus dicens *actio negotiosa in ambulando? Negotiosa cogitatio* solum, Targa ipso judice, ferri potest. 162, 7—8; 11; 13 *auripigmentum*, *quod ἀρσενικόν a Graecis nominatur [huic autem et sandarachae in omnia eadem vis*, *sed validior est] ..... bdellium [quod in omnia idem quod ammoniacum potest*, *sed valentius] ..... coagulum ... leporinum [cui eadem quae ceteris coagulis facultas*, *sed utique validior est]*, Targa. — Tria membra uncis inclusa eandem speciem eandemque originem habent, et ordinem quo medicamenta simpliciter enumerantur, miro modo turbant; ideoque pro adulterinis habenda sunt. Ceteroquin vide quae Targa ibi notavit, p. 216. — Praeterea voces *quod ἀρσενικόν* etc. addititiae videntur; cf. p. 161, 23 ubi rectius has voces Celsus scripsit. *162, 30—31 *resina*, Targa et ego. Haec vox delenda est vel quia alieno loco inter semina inseritur, supra jam resinae speciem memoravit Celsus. — Saltem

legendum est *resina arida*, quum superius (l. 24—25) legatur *resina terebinthina humida*. — Item vox *fel* vel eradenda, quum l. 29 de felle taurino loquatur, vel mutanda est in *sol*, ut legitur apud Constantinum. — Denique voces *[oleumque earum]* post *nuces amarae* positas recipere nolui, quum jam superius (l. 27—28) *oleum ex amaris nucibus* Celsus scripserit. 163, 6 *eruca*, Targa. — *cicuta* libri omnes quos sequor. Si enim cicutae semen rodit (vid. p. 162, 30), cur non exedere potest? Atqui cicutae semina inter ea quae molliunt a Celso adnumerantur (cap. 15, p. 165, 8), Celsus autem ipse scribit II, 33 p. 73, 3 „*quae calefaciunt et digerunt, emolliunt*". cf. Diosc. IV, 79; Plinius XXV, 151 sqq. 163, 7 *calx [acetum]*, Targa. — *acetum* infra ponitur post *vinum*, idque aptius, ut Targa censet. Fortasse haec vox, seu post *calx*, seu post *vinum* posita, glossema est. *163, 8 *quae τιθύμαλλος a Graecis nominatur*, Targa. — Glossema ineptum lactucae marinae, quae herba, nisi fallor, graece vocatur: *φῦκος θαλάσσιον*. Cf. II, 12, 1, p. 56, 19—20; III, 21, p. 108, 27; V, 18, 13, p. 169, 10, ubi nulla fit mentio Graecorum; ideoque hae voces tollendae sunt, Targa ipso monente. *163, 18—19 *lac utrumque* (videl. lac caprifici, et lactucae marinae) *quod proximo capite supra comprehensum est*, Targa. — Verba literis inclinatis exarata, quae nullus editor, quod sciam, obelo notavit, mihi valde suspecta sunt; nusquam enim video Celsum in capita, sed in volumina (sc. *libros*, ex. gr. cf. p. 263, 23) opus suum divisisse. Semper hac dicendi ratione utitur: *quae supra posui*, seu *proposui*, seu denique *scripta sunt*. Saltem verba *proximo capite* delenda sunt; cf. quae notata sunt ad p. 72, 15, ubi de glossemate recte judicavit Targa idque omnino expulit. *164, 26 *ochra attice mel asteriae*, Targa qui *mel erythace* conjecit cum Caesario .... *vel astyrice* seu *astirice* codd. ... *vel asteracae*, edd. antiquae; *vel asterica*, Manutianae. Hoc loco denuo perlustrato nec Targae conjecturam nec textum Caesarii servandum esse censeo. Equidem puto nomen regionis unde altera ochrae species petita est, sub mendo *astyrice* latere; praeterea legendum est *ochra attica* (item p. 170, 2 *ochra quae attica nominatur*. — Cf. Plinium).
*165, 8—9 *σκωρίαν μολύβδου Graeci vocant.* Nonne haec verba ex glossemate? Eadem reperiuntur p. 176, 24, ibique a Targa obelo notantur. 166, 2 *in sex partes [id est sextantes]*, ut

idem in sextante denarii habeam, Targa cum Lind. — *In sex partes, id est sex uncias ut idem in uncia denarii habeam* inepte codd. et fere omnes edd. Haud dubie in cod. archetypo scriptum erat sicut edidi; interpres quidam contra vocem *sextantem*, *in sex partes*, margini adscripsit, alius autem ineptius: *in sex uncias* — utraque interpretatio in textum irrepsit, veramque lectionem expulit. Insuper vid. p. 175, 21. 166, 6—7 dubito an sint Celsi verba *quos τροχίσχους Graeci vocant*, necne. Vox enim *pastillus* saepe apud auctores Latinos Celso antiquiores eo sensu reperitur. 167, 5 *ut in hydropico et in lateris dolore* Targa. Duae voces *in hydropico*, licet alibi (ex. gr. VII, 15, p. 292, 15) Celsus voce *hydropicus* utatur, Targae suspectae sunt; quae enim sequuntur omnia morborum sunt nomina, non aegrotorum. 167, 29 *et lieni [abscessibus et strumae, parotidibus, articulis calcibus quoque suppurantibus aut aliter dolentibus, etiam concoctioni ventris]*, Targa. — Omnia verba uncis inclusa inepta sunt, ut Targa ipse notat, atque praeterea Celsiano sermoni repugnant. Ubicumque enim eadem medicamenta composita Celsus exhibet ac Galenus, omittere solet prolixas ἐπαγγελίας, quae saepius apud hunc auctorem descriptiones eorum inchoant. *168, 10—11 sycamini *quam alias sycomorum vocant*, Targa. — Verba uncis seclusa mihi aeque ac Targae suspecta sunt, et quia desunt etiam apud Galenum loco in textu laudato, et quia interpretatio minus recta videtur. 168, 26 *crocomagmatis [quod quasi recrementum ejus est]*, Targa. — Verba uncis inclusa addititia esse videntur, ut Targa ipse probavit.
*169, 11 *quod ἄπυρον Graeci vocant*, Targa. — Haec verba ex glossemate addita mihi videntur, et quia prorsus inutilia, et quia in cod. 7028 desiderantur. Praeterea notandum est hunc codicem aliam ac ceteros eamque aptiorem hujus capituli divisionem exhibere. Post verba: *sulphuris ignem non experti* legitur: *pares portiones. Hoc autem quod Niconis est: faecis aridae aceti .... salis ammoniaci cardamomi* (vox *sinapis* deest apud Galenum) .... *contunduntur.* Revera apud Galenum loco in textu laud. (t. XIII, p. 343—344) duae medicamenti compositiones inveniuntur quae divisioni cod. 7028 apprime respondent: ideo vox *resinae* (l. 13) quam abundare Targa putabat, recte se habet. Lindenius eandem hujus capituli divisionem habet, sed unde

eam petierit, ignoratur. cf. quae notata sunt ad p. 247, 35. 169, 16—18 verba *Expeditius ..... portiones* cod. 7028 omittit ibique legitur: *Alia* (aliud) *in quo* etc., idque fortasse recte. Vix dubium certe quin sub lectione corrupta *seminis* vel *simini*, ut habent codd., lateat nomen animalis cujus stercus ceteris medicamentis simplicibus addere jubet Celsus. 169, 22—23 *orientia tubercula [quae φύματα vocantur]*; Targa. — Voces *quae φύματα vocantur* tollendae sunt, ut Targa ipse docet, nam apud Celsum *φῦμα* est peculiare genus tuberculorum (cf. V, 28, 9 *init.*). Item p. 170, 5 membrum *quod φῦμα vocatur*, post *tuberculum* et l. 18 vocem *φύματα* post *vero* delevi. Obiter notandum est cod. 7028 ut Lind. *carcinomata* non *καρκινώδη* exhibere. Cf. quae notata sunt ad p. 247, 35. *169, 33 *μελικηρία* (lege *μελικηρίας* et vide *Thesaur. ling. gr. sub voce*, — cod. *melicera*) *[id est favi, vel φύματα]*, Targa. — Legi *μελικηρίδες* cum Lind., sed perperam; quodsi verum est Celsum tentatum hunc locum in mente habuisse, quum de favis, seu *κηρίοις* agens (V, 28, 13, p. 216, 25) scripsit: *aut quae proprie huc pertinentia supra posui*, nec *μελικηρία* (seu rectius *μελικηρίας*) nec *μελικηρίδες*, sed potius *κηρία*, ut Targa censebat, vulgare libet. Celsus enim *κήρία* a *μελικηρίσι* ipse discernit (cf. V, 28, 13 et VII, 6). Praeterea monendum est voces *id est favi*, *vel φύματα* vel inutiles, vel ineptas esse, ut Targa ipse docuit. cf. quae notantur ad p. 169, 23—24. 169, 37 *panum*, Targa. — cod. Med. I, 7028 *panem*; cet. *panum* seu *pannum*; p. 211, 27 *panum*, Targa; *panem*, codd., p. 265, 10 *in pane* Targa cum codd. — Ubique *panus* reposui. Cf. Non. Marcellus *sub voce*; Varr. *Ling. lat.* V, 22, p. 108 ed. Spengel; Plinius passim, et ea quae de hoc verbo disserui in diario *Gaz. médicale*, 1847, p. 43. 170, 29—30 *στομωτικά*, Targa cum codd. et edd. — *ἀναστομωτικά* Lindenio duce, reposui cum Galeno. *171, 3 *Ad ossa*, omnes; *Ad spissa*, 7028. Ea lectio non est spernenda; multa enim in hoc cap. medicamenta quae discutiunt vel digerunt, vel denique resolvunt, reperiuntur. Quid autem his verbis *ad ossa* simpliciter positis, Celsus sibi voluisse potest? 171, 6 ante voces *ficus aridae*, in cod. 7028 legitur: *In alios emplasfrans*. Fortasse hic nova inchoat praescriptio, ideoque legendum est *In alio: emplastrum: ficus aridae*, etc. *171, 12 *quae ἀγκύλας Graeci nominant*, Targa. — Scribendum erat *quos*, vel potius more Grae-

corum *quas* (cf. ex. gr. p. 112, 26—27 et quae ibi notavi; — 176, 18; 288, 13. 14. *quas* in cod. 7028. Dubium est haec verba sint Celsinum necne. Hoc capitulum sicut et capitula 29 et 22, ni fallor, male habuerunt librarii. 171, 23 *Cleophantis* loco *Ctesiphontis* 7028, sed perperam si Galenum (loco in textu laud. t. XIII, p. 936) specto. 172, 22 *ἀλίπαινα*, Targa. — Cum Constantino *alipenae* ex codd. revocavi. At si fides *Thesauro ling. gr.* habenda est, haec vox *ἀλίπαινα* nusquam alibi reperitur; *ἀλιπῆ* Galenus, *ἀλίπαντα* Aëtius scribit. 174, 13—14 *aceti sesquicyatho olei minus cyatho*, Targa. — *sesquicyathus* (*-thi* 7028) ...... *cyathum* libri antiqui. Quam edidi vera lectio videtur. Cf. VI, 7, 1, p. 240, 16—17. 174, 14—15 *[τεθεραπευμένα Graeci appellant quae] curata vocant .... exemptae sunt [ex alio medicamento]* Targa. — Quae ante *curata* leguntur nexum verborum turbant; ex altero vero glossemate nullus sensus elici potest. Haud dubie in margine scriptum erat ad verba *ex sevo: aut ex alio medicamento.* 174, 17 *quae ipsa quoque ἐπισπαστικά nominantur*, cf. § 9 p. 173 et 167, 2. *175, 35 *spuma argenti concoquitur*, omnes. Nonne adnotatio est margini adscripta quae pertinet ad primam vel ad secundam compositionem hujus capituli et quae ex § 24 petita est? *176, 8 *sunt etiam alba lenia, λευκά Graeci vocant*, Targa. — Alia sunt alba, alia vero lenia emplastra, ut apparet ex Galeno, nec non ex Celso ipso (cf. § 25); ideoque, me judice, *lenia* profectum a voce *λευκά* literis latinis scripta, delendum est; membrum autem *λευκά Graeci vocant* textui restituendum est. Cf. l. 18—19. 176, 16 *percandida compositio [quae supra posita est]*, Targa. — Tres ultimae voces, ut ordo ipse verborum indicat, miro modo sensum turbantes, inepte in margine adscriptae, ineptius in textum translatae fuerunt. 177, 9 *illinere*, Targa. — *illinire* scripsi cum codd. et edd. 177, 34 *sanguinem [vel cancrum];* Targa. — *Vel cancrum* sustuli eo quod nulla hujus vitii fit mentio apud Galenum (loco in textu laud.). — Item p. 180, 18, voces *[vel ad cancrum]* post *ad ignem sacrum* addititiae videntur, Targa ipso judice. 178, 9 *Haec tria compositionum genera [id est, quae in maligmatis, pastillis emplastrisque sunt]*, Targa. — Membrum uncis inclusum nil est nisi adnotatio in margine adscripta, ut Targa ipse notat. 181, 7 *malobathri* Targa. — *malabatri* 7028, *malabathri* Med. I, Vat. VIII; idque

recte, auctore Chr. Lassen (I, p. 281). *181, 9—10 Post vocem *petroselini* etc. delendum est *trifolii p.*)-(*V.* In codd. enim Med. I, Vat. VIII, 7028, loco *trifolii* legitur *folii*, unde facile conjicias haec verba loco suo motum glossema esse vocis *malabathri* supra (l. 7) inveniundae. Ceterum in contextu idem est pondus *malabathri* quod *trifolii.* Item (l. 37) haud dubie tollendum est *folii* post *malabathri;* idque nullus editor, quod sciam, animadvertit. 182, 32 *Vinum [et id quod specialiter sic vocatur] et murteum*, Targa. — Verba uncis inclusa ineptum glossema sunt; Celsus enim non de vino murteo sed de oleo murteo agit, ut Targa ipse notat (cf. V, 22, 2 et VI, 8). Insuper vox *specialiter* apud Celsum inusitata est. 182, 32—33 *conficiantur*, Targa; *conjiciantur* revocavi e codd. 183, 17 *sive lippitudo [sive dentes]*, Targa. — *sive dentes* omittit cod. 7028, idque recte; his enim vocibus aegritudinum enumeratio turbatur; saltem aptius esset si ante *sive coxa* hae voces traductae fuissent. 183, 30 *manipulus [qui manu comprendi potest]*, Targa. — Quis non videt membrum uncis inclusum glossema esse vocis *manipulus*, ut Targa ipse notat? 184, 1 *adjecto*, Targa. — *adjectis* e codd. revocavi; item *succo* codd.; *succi* autem cum Targa legendum est. 186, 9 *in difficili rem esse*, Targa. — *spem* loco *rem* habent Med. I, Vat. VIII, 7028; itaque nil mutandum erat. 187, 31 *rubens*, Targa. — *rubet* Med. I, Vat. VIII, 7028, quod servandum erat. 188, 1 *biliosus vomitus*, Targa. — *bilis vomitus* e codd. Med. I, Vat. VIII, 7028 revocavi, cf. l. 12 et 26. Item p. 194, 2 *vomitus bilis* cod. 7028 exhibet, ubi *vomitus biliosus* ceteri omnes habent. Nonne hic quoque *bilis* loco *biliosus* scribendum erat? cf. tamen p. 40, 33 ubi libri omnes *vomitus biliosus* habent. 188, 27 *id redditur cito* Lind.; idque recte, ni fallor; *[ea] redditur cito*, Targa qui *id* vel *ea* (ut habent codd.) abundare censet. *188, 34 *percussa*, Targa. — *discissa*, Lind. et ego (cf. p. 7, 31; 302, 25; 334, 15); *discussa* codd., quae lectio servari poterat. 189, 13 *sanies [est]*, Targa qui recte vocem *est* eradi volebat.

189, 16 (cf. l. 38) μελικήρα, Targa. — *melicera* Med. I; μελικηρία Ruellius; ceteri *melitera*; idque recte; vocem enim μελικήρα seu μελικηρία quae nusquam alibi reperitur librarii finxerunt; eaque non recipi debebat in *Thesaurum ling. gr.* Haud dubie Celsus μελιτηρά seu *melitera* scripsit. Cf. quae notata sunt a

169, 33. 189, 36 *acer*, Targa et ego; *ater* Med. I, Vat. VIII omittit 7028; idque fortasse recte si scribitur *ater;* haec enim vox alicujus scioli glossema esset adversus *sublividus* vel *suppallidus* margini adpositum. 190, 37 *a diversa*, Targa et ego cum codd. Med. I, Vat. VIII, 7028; *adversa* ceteri. Fortasse legendum est *diversae parti* (cf. II, 11 p. 55, 35). 193, 21 *abstinere .... a cibo debet*, Targa. — *abstinere .... cibo debet* Med. I, Vat. VIII, 7028, idque recte; sic legitur apud Livium VIII, 24, 18 „*abstinere direptione praedaque.*" 194, 10 *detergenda*, Targa. — *tergenda* Med. I, Vat. VIII, 7028 quorum lectio non erat mutanda. 194, 16 *rubicundum esse [ulcus];* p. 197, 27 *purum [ulcus]*, Targa. — utrobique *ulcus* ex glossemate. 196, 16 *pericula*, Targa. — *periculosa* Med. I, Vat. VIII, 7028, eamque lectionem retinendam censui. *197, 9 *accedit*, omittit 7028 idque fortasse recte, sermonis Celsiani ratione habita. 197, 25 *magnum*, Targa, 7028; *majus* Med. I, Vat. VIII; quae lectio servanda est. 197, 31 *lenticula*, Targa, 7028; *lenticulam* cet. codd.; idque mihi anteponendum videtur, cum propter sensum, tum propter verborum nexum. Cf. Gal. *Meth. med.* XIV, 3, t. 10, p. 951. 198, 7—8 *superponenda sunt quae crustas a vivo resolvant [eas ἐσχάρας Graeci vocant]*, Targa. — Haec verba margini adscripta erant contra vocem *crustas;* loco autem quem tenent non ad crustas, sed ad medicamenta quae crustas resolvunt pertinent; ideoque Constantinus aliique editores scribunt ἐσχαρωτικά, sed perperam; ἐσχαρωτικά enim non crustas solvunt, sed inducunt. Unde facile apparet voces ἐσχάρας cett. insititias esse, ut Targa ipse judicavit. 198, 35 *ac tum plenioribus quoque cibis uti*, Targa. — *ac tum quoque plenioribus cibis uti* cum plerisque codd. scripsi. *ac tum quoque ut plenioribus* 7028, ubi *ut* praeoccupata iteratio vocis *uti* videtur. 199, 13 *qualis lipara*, Targa. — *quale* scripsi cum codd. Med. I, Vat. VIII, 7028. 200, 3—4 *Unguenti p.)-(VII*, Targa, qui recte judicat deesse epitheton voci unguenti; quid autem sit hoc epitheton nescio. Praeterea notandum est cod. 7028 exhibere: *unguenti)-(IV* quod verisimilius videtur. Ea lectio facile mutari potuit in VII ex antiqua scriptura στοιχείου u. 200, 31 *si [manus] vulneri imponitur*, Targa. — Vox *manus* glossema ineptum, quod verisimile est contra verba *duobus digitis* in margine adscriptum fuisse. 202, 12—13 *Illud*

interea, Targa cum Lind. — *Illud ne intereat* recepi ex codd. et cet. edd.; idque optime sensui congruit. 203, 26 et 23 *ex aceto coactum* — *ex aceto coacti*, Targa. — *coctum* ... *cocti* vel *coctae* codd. et edd. — Primo loco *coactum* servavi (cf. p. 166, 25; 177, 30; 264, 12); secundo autem loco *cocti* scribendum esse censui; quid enim sibi voluerit Celsus dicens: *furfures ex aceto coiere*? 206, 11 *excidat [qua huiusce rei medicamen exest]*. Verba uncis inclusa addititia sunt, ut Targa ipse docuit, item l. 18 post verba *mammas feminarum [et in jecore autem aut splene hoc nascitur]*. 207, 1 *ulla*, Targa. — *ulli* recepi ex codd. Med. I, Vat. VIII. 207, 9 *nemo statim potest*, Targa. — *nemo scire potest* codd. et pleraeque edd. Ego *scite* credo legendum esse. 208, 10 *oenanthe*, Targa et ego; *aloenanthe* codd. Celsus ipse *oenanthem* (V, 8) inter adurentia adnumerat, et apud Dioscoridem (V, 5) legitur oenanthem prodesse in oris et pudendorum ulceribus depascentibus; Galenus autem (*Sec. gen.* IV, 10, t. XIII, p. 732) adversus ulcera putrida vel nomas scribit: ἢ θαλλίᾳ ἐν οἴνῳ ἑφθῇ μετὰ μέλιτος κατάπασσε ἢ χαλκῖτιν κατάπασσε. 209, 8—9 *infra ulcera locum caedi*, Lind., Targa. — *infra os ulcerum laedi* revocavi ex codd. ceterisque edd. antiquis. Locus utique depravatus ut videtur; quae autem sit medicina, nescio. 210, 25 *et in inguinibus [lateribus]*, Targa. — Manifestum est vocem *lateribus* ab aliquo sciolo margini adscriptam esse ad interpretandum *inguinibus*, nexumque verborum et sensum turbare. *211, 1 *apparet*, Targa. — *superapparet* codd. et edd.; idque erat retinendum; furunculo enim aperto pars carnis in pus versa (gallice *bourbillon*) intra vulneris labia prominet et *superapparet*. *211, 36—37 *magisque nocenter adolescit*, Targa cum Const. — *magisque inde venter indolescit* supplem. Med. I, *magisque innocenter indolescit* cet. codd. et edd., *magisque nocenter indolescit* ego. Locus a librariis depravatus. Fortasse legendum est: *magisque inde nocenter indolescit*. 212, 31 *si [una] plaga*, Targa. — *si ima plaga est* Constant. Nec *ima*, nec *una* sensui apta sunt, ideoque supervacanea videntur. 213, 17 *aliae rectae*, Targa. — *aliae recte* codd. Vix tamen hic aliquid affirmare ausim, quia his in rebus parva fides habenda est lectionibus in codd. repertis, nisi saltem admodum sedulo sint excussi. 213, 37—38 *si vero os* ..... *penetraverit et quatenus nocuerit*. Locus in codd. depravatus, in

aliis autem aliter. Targa, me judice, recte emendavit; solummodo *penetraverit* loco *pervenerit* scripsi, eo quod Celsus saepius, ibi et passim verbo *penetrare* (ex. gr. l. 17, 31 et p. 214, 19) hoc sensu utitur, verbum autem *pervenio* (l. 35) usurpat ubi de specillo agitur; forsitan legendum sit *penetrarint*, quae dicendi ratio saepe apud Celsum invenitur (ex. gr. cf. p. 214, 19). Ceteroquin in Med. I, Vat. VIII et 7028 legitur: *si vero os in vicino est id quod disci potest si* (om. 7028) *jam hinc ne eo fistula pervenerit penetrarit* (*penetrarit vel pervenerit* 7028) *quatenus nocuerit*, unde facile patet *pervenerit* glossema esse verbi *penetraverit;* adverbium autem *hinc* seu interpretatio vocis *eo*, seu corruptela particularum *nec ne* videtur. *214, 17 *tenuius et minus* codd.; *tenuius* Targa, qui *et minus* pro glossemate habet. Nonne servanda erat lectio codd.? *et minus* enim respondet voci *copiosius* (l. 15). 216, 15 *raro fit nisi in capulis* (sic) cod. 7028; sed perperam, ut apparet e Galeno ceterisque auctoribus. 216, 29 *pars quarta [fico adjecta]*, Targa. — Hae duae voces ex glossemate margini adscriptae fuerunt, ut patet ex verbis supra positis (l. 23) *et ficus* etc.

216, 31 *oportet*, Targa et 7028; *oportebit* scripsi cum codd. Med. I, Vat. VIII. 216, 37 et 217, 6 *infra tenue ad cutem latius* — *ad cutem tenue supra latius*, Targa cum codd. Loci a librariis turpiter depravati; acrochordon enim est tuberculum angustam obtinens basim, caput autem orbiculosum (ἔκφυσις περιφερῆ τε καὶ διάστενον ἔχουσα βάσιν Gal. *Def. med.* def. 500); itaque scripsi *supra latius, ad cutem tenue*. Thymus vero e contra, ut edidi, *ad cutem latius supra tenue*, quod jam Lindenius animadverterat. 218,9 *majores [pustulae]*, Targa. — Vox *pustulae* (seu *pusulae*) ex glossemate in textum irrepsit. *219,5 *donec mellis crassitudo fiat*, Targa. — *dum* (*donec* 7028) *mellis crassitudo ei fiat* Med. I, Vat. VIII, 7028. Hanc lectionem servavi; hic enim et alibi (ex. gr. p. 232, 31; 247, 35; 251, 29) *ei* exhibent codd. idque nec sensui nec grammaticae repugnat; errore typothetarum p. 232, 31 *ei mellis* scriptum est loco *mellis ei*. Non dubito quin pronomen *ei* inseri debeat ante verbum *fiat* l. 23. 219, 9 *scabies vero est aspritudo cutis*, Targa; eo quod *aspera cutis* apud Columellam VII, 5; τραχυσμὸς τῆς ἐπιφανείας apud Paul. Aeg. IV, 2 legitur. *Durior* ex codd. Med. I, Vat. VIII revocavi; hic enim auctoritas codd. me magis movet. 219, 15 ἀγρίαν *[id est fe-*

ram], Targa. — Hae tres voces manifeste ab aliquo enarratore profectae sunt. 220, 3 *decidunt*, Targa. — *descendunt* Med. I, Vat. VIII, 7028; *discedunt* cet. codd. quos secutus sum. *Ἀφίστανται καὶ αἱ λεπίδες τοῦ δέρματος* Galenus (in Hipp. *De alim.* Comm. III, § 22) qui tantum duas species impetiginis distinguit.
224, 20 *ex his autem [quae supra proposui]*, Targa. — Voces uncis inclusae hic minime aptae sunt, nec a Celso scriptae; additae sunt ab aliquo enarratore qui animadvertit saepius verbis *ex his* apud Celsum subjungi membrum *quae supra posui* seu *proposui.*
224, 21 *species est quam semion Graeci vocant.* „Ita in codd. mss. sed mendose“ Targa. Cur mendose? Nonne haec vox *semion* respondet Graeco *σημεῖον* (gallice *un signe*, ut recte vertit Des Étangs)? Licet nusquam alibi neque *σημεῖον*, neque *signum* apud auctores vel in glossariis reperire potuerim eo sensu quo hic a Celso usurpatur. *226, 24—25 *neque tamen in lippientibus*, Targa et ego. Vox *in* (quae a cod. 7028 abest) abundare mihi videtur. Haec ratio dicendi nusquam, quod sciam, apud Celsum reperitur.
*228, 34 *κυθίον*, Targa. — *cythium* e codd. revocavi. Item cum codd. legendum est *tephrion* loco *τέφριον* (l. 34) — vide Praefat. p. VII. 229, 2 *trigodes*, Targa. — e codd. Med. I, Vat. VIII revocavi *trygodes* quod Graeco respondet. *229, 15 *leniter*, Targa. — *leviter* edidi ex codd. Med. I, Vat. VIII, 7028, qui conjunct. *ex* ante *oleo* omittunt; quae lectio non est aspernanda. *229, 19 *cibo paulo pleniore quam ex eorum dierum consuetudine uti*, Targa cum codd. et antiq. edd. Vox *dierum* vel mutanda est in *priorum* (cf. p. 226, 24—34), vel potius tollenda cum cod. 7028. 230, 8—9 *aliquando serius*, Targa cum Lind. — *aliquanto saepius* revocavi ex codd. Med. I, Vat. VIII, 7028; idque sensui aptissimum esse videtur. *230, 13—14 Verba: *πρόπτωσιν id, quoniam oculi procidunt, Graeci vocant*, prorsus inutilia videntur, ... *procidunt procedentes* ... 7028.
*230, 21—22 *singulorum)-(I*, 7028 idque rectius, ni fallor, quam lectio vulgata. 230, 33 *admovenda est*, Targa, qui se refert ad V, 26, 21 (p. 290, 37); ego vero *adhibenda* scripsi cum codd. Med. I, Vat. VIII, 7028; hac voce, eo sensu, saepe Celsus utitur. *231, 12 *modo ab interiore, modo ab exteriore* codd., vocem *parte* supplevit Targa cum Lind. Fort. legendum: *modo ab interiore parte, modo ab exteriore.* 231, 25 *prohibet*, Targa. —

— *inhibet* reposui ex codd. Med. I, Vat. VIII et 7028. Targa hic textum mutavit, eo quod vox *inhibet* est apud Celsum ἅπαξ εἰρημένον, quae ratio non praevalet contra auctoritatem codd. mss. *231, 28 *Philalethos*, Targa. — Legendum est vel *Philalethes*, si de nomine medicamenti sermo est, vel *Philalethae*, si de auctoris. Item p. 234, 13. *231, 28 *huic*, codd.; *huc*, Targa; idque recte, eadem lectio revocanda erat p. 233, 32 et 237, 14, ubi modo *huc*, modo *hic*, vel *hoc*, vel denique *huic* codd. exhibent; ideoque p. 259, 25 lege *huc* pro *hic*, quod perperam, ni fallor, servavi. 233, 2 *sed et ea*, Targa. — *sed ea* scripsi cum codd. et plerisque edd. 233, 10—11; 246, 13 *cornu*, Targa. — *cornus* ex codd. revocavi. *235, 11—12 *maximeque eo*, *quod σφαιρίον nominatur*, *quod* (*quia* Med. I, Vat. VIII, 7028) *lapidem haematiten vocant*, Targa. — Si in mentem revoco quae scripta sunt initio sect. 21 hujus capitis, verba *quod .... habet* tollenda esse censeo. Quodsi enim *quod* pro pronomine habetur, insititia sunt haec verba, et quia supra jam dixerat Celsus σφαίριον lapidem haematitem continere, et quia haec dicendi ratio sermoni Celsiano repugnat; si vero pro conjunctione, inepta sunt, quippe quum σφαιρίον alia de causa ita vocetur, de quo Targa ipse monuit. 236, 10 *perfricare*, Targa. — *defricare* codd. et plerique edd.; idque congruum videtur. Cf. V, 28, 18 et 19, p. 220, 32; 221, 36. 236, 18 *potest prodesse ῥινίον [id quod supra positum est]*, Targa. — Verba uncis inclusa mihi, sicut Targae, addititia videntur.

236, 25—26 *psorici p.)-(III*, 7028; quod verisimilius videtur. *236, 26—31 Verba: *Nulla autem per se materia est ..... et sic appellatur*, valde mihi suspecta sunt; non dubito quin e margine in textum irrepserint; sermoni enim Celsiano prorsus repugnant; nusquam enim alibi apud hunc auctorem talis enarratio, si non inepta, saltem inutilis, reperitur. In codd. 7028 verba *Psorici compositio. Habet chalcitidis .... in vas fictile additum et contectum ex foliorum ficis sub terra reponitur diebus XX et rursus sublatum teritur et sic appellatur psoricum* in textu scripta sunt, in margine autem invenitur: *nulla per se materia est quae psoricum appellatur.* Quodsi membrum: *verum de* (*in* codd.) *basilico .... curantur* servari debet, de qua re etiam dubito, legendum est, ut mihi videtur, *De hoc quoque* etc. Reliqua certo ex praecedenti glossemate profecta sunt. *237, 30—31 Verba *quam*

παράλυσιν Graeci vocant, fortassis hic delenda sunt; Celsus enim, ubi (p. 117, 15) de resolutione nervorum in universum verba facit, jam de nominibus quae a Graecis usurpantur ad diversas *paralysis* species designandas, disserit. 238, 3 *ac poene* ** *difficillime genus* codd. omnes; *poene caligat*, Targa cum Lind.; *caligatur* Const. Apud Aëtium (VII, 54) legitur: *πλατύτερα πολλῷ τοῦ κατὰ φύσιν ὥστε καί ποτε ὁλοσχερῶς ἐμποδίζειν τῷ ὁρᾷν· ποτὲ δὲ ὁρῶσιν, ἀμυδρῶς δέ, καὶ τὰ ὁρώμενα αὐτοῖς δοκεῖ πάντα μικρότερα εἶναι.* Fortasse legendum: *ac paene omnino caligat*, si ratio habenda est verborum Aëtii. Cf. Pseudo-Gal. *Introd. seu med.* t. XIV, p. 775. 238, 4 *In utraque vero [id est et paralysi et mydriasi] pugnandum est*, Targa. — *id est* etc. interpretatio est quae ex margine in textum irrepsit, ut Targa ipse censebat. 240, 23 *[specillo] teritur*, Targa. — *specillo* glossema videtur. Lind. legit *pistillo;* Celsus autem nusquam dixit seu *specillo* sive *pistillo* terenda esse medicamenta. *241, 5 *Ptolemaei [chirurgi]*, Targa, qui vocem *chirurgi* tolli jubet eo quod (V, 28, 7, p. 210, 26) eadem vox *chirurgus* post *Meges* a codd. Med. I, Vat. VIII abest; sed haec ratio nunc non me movet, ideoque haec vox in meo textu reponenda est. 241, 32 *aceto dilutum [eodem modo commune auxilium auribus laborantibus est Polybi sphragis ex dulci vino liquata quae compositio priori libro continetur]*, Targa. — De hoc glossemate satis habeo ad Targam ipsum lectorem remittere. 242, 25 *ad idem proficit*, Targa cum Lind.; *idem proficit* codd., quod recepi. 244, 18 *Nares vero intus exulceratas*, Targa. — *intus* omisi cum codd. Celsus enim voce *nares* utitur ad interiora nasi indicanda. 244, 26 *quod genus Graeci ὄζαιναν appellant*, vid. quae notavi ad p. 93, 13—14. 246, 28 et 247, 2 *ficorum partes*, Targa et ego cum codd. Uterque locus corruptus, ut Targa ipse censet; sed quae sit medicina, nescio. *245, 24—25 Membrum: *quae fere καρκινώδης est, itaque attingi non debet*, miro modo sensum turbat; nusquam enim, quod sciam, apud antiquos auctores polypus pro carcinomate habitus est. Ideoque glossema videtur suo loco motum; transferri debet, ni fallor, contra: *Has curare oportet medicamentis* etc. (l. 16), ibique non minus ineptum est. 247, 35 *leni igne coquitur*, Targa et ego; *in leni igne coquitur* codd.; *ad lenem ignem decoquitur* Lind., *ad leni ignem decoquitur* 7028. Nescio cur saepius cum cod. 7028

consentiat Lindenius (v. ex. gr. p. 341, 19; 342, 15); an putandum ei praesto fuisse hunc ipsum codicem vel potius alium illi simillimum? *249, 20 *Ac miserius .... quo minus*, omnes et ego; fortasse legendum est *Ac eo miserius*. Saltem minor interpunctio post *infans est* reponi debet. 251, 8 *evenire*, Targa. — *venire* e codd. revocavi. 251, 31 *Quod si inflammatio*, Targa. — *Quodsi ea inflammatio* ex codd. Med. I, Vat. VIII reposui. Cf. p. 246, 4, ubi Targa recte legit: *si gravior is tumor* cum plerisque codd., invitis eisdem codd. Med. I, Vat. VIII qui pronomen *is* omittunt. 251, 35—36 *gargarizandum quoque est [quae vel cum lasere, vel sine eo hac ratione uvae subjecta est]*, Targa. — Membrum uncis inclusum adnotatio est in margine adscripta, pertinens ad verba *laser terere* etc., l. 32. 252, 28 *ejici*, Targa. — *refigi* legi cum Const. et Lind. Codd. Med. I, Vat. VIII *refici* habent, sed prorsus mendose. 253, 16 *p.*)-(*IV*, Targa; *p.*)-(*VI* e codd. Med. I, Vat. VIII reposui. 254, 36 *comprehensa sunt [curant]*, Targa. — Verbum *curant* inepte e margine in textum translatum fuit, et minime aptum sermoni Celsiano videtur. *256, 27—28 *donec ex ipso crustae leniter resolvantur*, Targa. — Plerique codd. et edd.: *donec ex ipso crustae purae* etc., exhibent. In codd. Med. I, Vat. VIII legitur *donec ex ipso purae leniter* etc.: quae vera est lectio, ni fallor. Vox *crustae* addita fuit ad explicandum *purae;* ideoque in meo textu scribas *purae* loco *crustae*. 264, 23 *maturius*, Targa cum plerisque codd.; *maturiore* Med. I, Vat. VIII, 7028; *maturior* ceteri quos secutus sum. 264, 26 *sed ut*, Targa, me judice, mendose; *et ut* scripsi cum Med. I, Vat. VIII, 7028, idque consecutioni verborum aptius videtur. *265, 9 *itemque*, Targa cum plerisque codd. — *jamque* Med. I, Vat. VIII, 7028, idque erat servandum, ni fallor. 265, 20 *totius corporis habitus*, Targa et 7028. — *totus corporis habitus* Med. I, Vat. VIII, quod recepi. 266, 24 *et foveri [vulnus] pari portione*, Targa. — Vox *vulnus* addititium videtur; librarius enim non rite intellexit verbum *foveri* absolute proferri. 268, 2 *sui non potest [qua quasi membrana quaedam finit abdomen, quam περιτόναιον Graeci vocant]*. Targa. — Haec adnotatio petita ex IV, 1 et VII, 17, ut Targa ipse docuit, nec sensui nec consecutioni verborum congruit. 268, 15 *agere*, Targa. — *gerere* e codd. Med. I, Vat. VIII, 7028 reposui. *268,

28 *ut cutis hoc ipso extenuatur*, Targa. — *ipso* omittunt codd. Med. I, Vat. VIII, 7028, quae lectio verisimilis videtur, vox enim *ipso* pro glossemate haberi potest. 268, 35 *excidatur*, Targa. — *adiciatur* Med. I, Vat. VIII, 7028; dedi *ejiciatur* cum cet. codd. 270, 7—8 *si retro .... trahuntur*, Targa. — *si retrorsus .... eximatur* codd. Med. I, Vat. VIII; *si retrorsus ...... trahitur* 7028. Nescio nec qua de causa nec quo auctore Targa codd. Med. et Vat. textum mutaverit; *trahitur* quod 7028 exhibet interpretatio videtur verbi *eximatur*. 272, 3 *omnia autem*, Targa. — *omnia vero* codd., ubi nil mutandum erat. 273, 28 Verba: *ideoque χαλάζια Graeci vocant*, fortasse e glossemate addita sunt; nec enim *χαλάζια* vocantur, quia facile huc illuc impelluntur, sed quia grandini similia sunt. 274, 38 *sicut in vulneribus [et fistulis]*, Targa. — Hae duae voces *et fistulis* addititiae sunt; *in fistulis* enim, ut Targa ipse notat, nullus dies urget sicut interdum in vulneribus. 275, 15 *abscindatur*, Targa. — *abscindat* codd. Med. I, Vat. VIII quod recipiendum est; verbum enim ad chirurgum referri potest.
*276, 9 *usque ad nares*, Targa et ego; *usque nares* codd. Med. I, Vat. VIII; quae lectio servanda erat; Celsus enim saepius hac dicendi ratione utitur. *276, 18 *difficilior est*, Targa et ego. — Cod. autem Med. I, Vat. VIII *difficiliorem* exhibent; quae lectio nunc mihi anteponenda videtur. 278, 2 *laxanda sutura*, Targa et ego. Locus a librariis depravatus. *Laxandas utraque* Med. I, Vat. VIII; *laxandos utroque* ceteri; *laxanda utique* ex Palavicino libri vulgati. Targa recte emendavit, legitur enim (idque ipse non animadvertit): *orae vulneris inter se simplici sutura committendae* (p. 277, 38). Praeterea notandum est in cap. 16 hujus libri (p. 293, 34) *utraque* in plerisque codd. loco *sutura* reperiri; quae mutatio facile intelligi potest. 280, 27—28 *caput eius [qui curabitur] — oculus [qui curabitur]*, Targa, qui non vidit voces *qui curabitur* ab interprete scriptas esse.
*280, 31—32 *tum acus admovenda est acuta sed non nimium tenuis eaque recta dimittenda est*, Targa. — *tum acus admovenda est sicut aut foret non nimium tenuis eaque demittenda est sed recta est*, codd. Med. I, Vat. VIII; *tum acus admovenda est aut acuta aut forte nimium* (*non nimium* edd. antiq.) *tenuis* codd. reliqui et edd.; *tum acus admovenda est acuta ut foret, ... eaque demittenda est recta*, ego. Denuo autem hoc membrum percensens, loco *ut* po-

tius legendum esse putavi *sic*, *ut*. Quodsi enim sic legas, codd. lectionem presse secutus, contextus eo ipso sensum subministrat ratione habita artis medicae quam maxime probandum. 281, 30 *emittant*, Targa. — *mittant* codd. Med. I, Vat. VIII, quae lectio servanda est. 282, 17 *rectas lineas*, Targa cum plerisque codd.; *rectas eas lineas* dedi cum Med. I et Vat. VIII. 283, 24 *vel a primo natali die*, Targa cum Caesario. Revera vox *natali* omissa est in codd. Med. I, Vat. VIII, sed cf. VII, 12, 4; p. 288, 35—36. *284, 14 *eandemque etiam curationem*, Targa. — *eandemque etiam rationem* edidi cum codd. Verba autem in meo textu literis inclinatis exarata tamquam inutilia delenda sunt. Fortassis legendum est: *rationem curationis*, sic ut scribitur p. 284, 31. Ceteroquin voces *curatio* et *ratio* modo inter se mutantur (ex. gr. l. 3 *curatione* pro *ratione;* cf. Targa p. 337, not. 8), modo se invicem expellunt. 284, 30 *et difficilius*, Targa. — *aut difficilius* lego cum codd. Med. I, Vat. VIII. *285, 4—5 *quod non vi cogendum, sed ita adducendum ut ex facili subsequatur*, Targa qui nullam hujus emendationis rationem profert. — Ego vero cum codd. Med. I, Vat. VIII scripsi *quod non est cogendum*, *sed ita adducendum* (*ducendum* codd.; idque fortasse servare debebam) *ut facile subsequatur.* 287, 12 *eadem facienda*, Targa. — Scripsi *eaque facienda*, ut habent Med. I, Vat. VIII ceterique codd. 287, 31 *sed imponendum*, Targa. — *sed* delevi cum codd. Med. I, Vat. VIII; haec enim particula hic non apta videtur. *288, 16 *ἀντιάδες autem a Graecis appellantur.* Dubito num hoc membrum sit Celsi necne; quodsi enim refertur ad tonsillas inflammatione induratas, falsa est interpretatio; Graeci namque, ni fallor, ἀντιάδας non tonsillas morbo affectas, sed sanas nominant; si simpliciter ad tonsillas, consecutio verborum turbatur. 291, 5 *Humorem quidem vel inciso* codd. et edd. „Particula *vel* prorsus vacat. Forte deest alterum membrum ab eodem *vel* incipiens" Targa, sed perperam; hoc enim loco *vel* sensu intensivo usurpatur, idque saepius apud Celsum ipsum occurrit. 293, 30 *et spissior*, Targa. — *spissior* lego cum codd. Med. I, Vat. VIII. 297, 5 *scrotum [ipsius]*, Targa. — Vox *ipsius* glossema ut Targa ipse judicat. 298, 5 *triduo*, Targa. — *triduum* codd. Med. I, Vat. VIII, quos sequi placuit. 298, 16 *id*, Targa cum Constant. et ego; *eum* libri omnes. Recte

eum expungere volebat Morgagnius, vel *id* scribere. 298, 34 *rursum*, Targa. — *sursum* recepi ex codd. Med. I, Vat. VIII. 299, 29 *incidenda*, Targa. — *excipienda* lego cum codd. Med. I, Vat. VIII; idque sensui multo melius aptari mihi videtur. 307, 2—3 *Homo tum resupinus [eo modo quo in curatione ani figuratur]*, Targa. — Verba uncis inclusa addititia esse jam monuerat Morgagnius. 307, 11 *exhibet*, Targa cum Const. — Ego vero *exigit* e codd. Med. I et Vat. VIII revocavi, forte abundat *sed* ante *aliquanto*. 307, 29 *jam*, Targa et ego; *eam* Med. I, Vat. VIII; fortasse legendum est *etiam*. 308, 9 Deleas voces *qui curatur*. 309, 17 *Loco* ῥυάδα. Sic certo legendum est, expulsa plerorumque codicum lectione κοϱυάδα, cui ansam dedit repetita ultima vocis *loco* syllaba. In altera editione idem sensit Targa, etiamsi magis hariolando hanc lectionem recepisse videtur quam ratione sibi reddita cur ita scribendum esset. Est autem ῥυάς (a ῥέω), vel forsan et ῥοιάς (a ῥείω), quaelibet quorumcumque excrementorum corporis per meatus naturae congruos ejectio, quae scilicet invito aegroto obtinet. Hujus rei exempla leguntur, quod ad lacrimas attinet, apud ipsum Celsum infra VII, 7, 4; Gal. *Us. part.* V, 3; t. III, p. 811; *Diff. morb.* 10; t. VI, p. 870; *Meth. Med.* XIV, 15; t. X, p. 1002; *Sec. loc.* IV, 7; t. XII, p. 774; *Comm. in Hipp. Epid.* VI, II, 36; t. XVII, p. 966; Alex. Trall. II, 8; Aët. VII, 88; Paul. Aeg. III, 22 et VI, 17, quod ad urinam, apud Aretaeum *Sign. Chron.* II, 4; Pseudo-Gal. *Introd. seu med.* 19, t. XIV, p. 797; Oribasium *Coll. med.* XLV, 7 et L, 4; Aët. XI, 9 et 14; quod ad alvi proluviem, apud Oribasium ib. XLIV, 13 et Aëtium XIV, 10. — Ceteroquin cf. p. 274, 24, ubi et Targa ipse ῥυάδα scripsit, invitis codd. qui ῥυπάδα seu *rhifada* exhibent. 309, 1, 5; 336, 7 vocem *ejus* post *manus;* 327, 32 post *vertice* codd. exhibent, sed pro glossemate habeas; item p. 336, 7 eadem vox tollenda est, ni fallor. 309, 37 *proposui;* Targa. — *posui* revocavi e codd. Med. I, Vat. VIII; cf. ex. gr. p. 334, 5. *310, 2 *attrahitur*, Targa. — *attrahatur* Med. I, Vat. VIII et plerique alii codd.; idque revocandum est; hoc enim verbum ad conjunctionem *ut* referri debet. *311, 24 *urina postea promovetur et excidit*, Targa. — Nonne legendum est .... *promovente*, *excidit*, ut habent Med. I et Vat. VIII? 312, 17 *metus excipit [remotis medicaminibus]*, Targa. — Verba uncis in-

clusa insititia esse Targa ipse censet. *312, 25; 316, 22 *vulnus .... vulnera*, Targa. — *ulcus* — *ulcera* scripsi cum Med. I et Vat. VIII. — Item p. 313, 27 et 29 *ulcus* reponere debebam cum iisdem codd. Vocem enim *ulcus* Celsus usurpat sicut Graeci vocem ἕλκος. *313, 24 *si quid urinae rodit*, libri omnes et ego. Nonne melius legeretur *si quid urina rodit* vel cum 7028 *si quid urina id rodit?* cf. l. 26 et 34. 313, 26 Post: *rosa temperabitur* codd. et edd. habent: *Huic curationi aptissimum videtur enneapharmacum emplastrum. nam et serum habet ad pus movendum et mel ad ulcus repugnandum, medullam etiam maximeque vitulinam quod in id ne fistula relinquatur praecipue proficit.* Quae verba insititia esse Targa ipse notat. *313, 35 *excidunt*, Targa. — *exedunt* legi cum codd. Med. I, Vat. VIII; praeterea notandum est loco *si ante* Med. I et Vat. VIII exhibere: *similiter* Med. I, Vat. VIII *similiter ante* cet. codd., *si similiter ante* Palavicinus. Emendationem Targae sequi placuit, quamvis non sit certa. Fort. legendum est *si simul ante.* 319, 23 *inflammationi*, Targa cum Lind. — *inflammationis* e codd. Med. I, Vat. VIII revocavi. 319, 28 *exciditur*, Targa. — *praeciditur* scripsi ex codd. Med. I, Vat. VIII. *320, 19 *coxendices*, Targa cum libro Guilandini. — *cervices* codd. ceteraeque edd. Fortasse legendum est *coxas* more Celsiano. 320, 29—30 *venularum*, Targa. — *venarum*, ut scripsi, Med. I et Vat. VIII. 321, 24 *durum* loco *curvum* Med. I, Vat. VIII, sed mendose, ni fallor. *324, 2—3 *sub iis .... continent*, Targa cum Morgagnio. *sub iis ... continent*, Const.; *sub his connectunt* Med. I, Vat. VIII. Ideoque *connectunt* scripsi; *his* pro *iis* forsitan cum iisdem codd. legere debuerim. 324, 30 ζυγῶδες, Targa, sed mendose; ζύγωμα scripsi, ut jubet sermonis graeci ratio; saltem ζυγοειδὲς (subaud. ὀστέον) legendum erat cum Pseudo-Gal. *Introd. seu med.* 12, t. XIV, p. 721. Cf. *Thes. ling. gr.* sub voce. *325, 27—28 *Secunda superiori parti inferiori ..... pars summa*, Targa et ego. Locus haud dubie a librariis depravatus. Nonne legendum *secunda superiorem* (subaud. *sustinet*) *parte anteriore*, seu potius ut Morgagnius censebat *secundae pars summa* omnibus reliquis deletis? 326, 22 *Ea in summis*, Targa et ego, invitis codd. qui omittunt *in*. Cf. p. 327, 22. *328, 15 *rursus ab inferioribus quoque capitibus*, Targa. — Vox *inferioribus* mihi videtur orta esse a *capitibus*, ideoque *inferiori* (vid.

parte) legere maluerim. *330, 9—10 *Sin autem nigrities est aut si caries ad alteram quoque partem .... excidi [atque idem quoque in carie ad alteram partem ossis penetrante fieri potest]*, Targa. — Voces: *aut si caries* cet. videntur e margine in textum irrepsisse, et denuo occasionem praebuisse novae adnotationi quae uncis includitur. Celsus de *carie* jam locutus erat, nec opus erat ad eam reverti. *331, 18—19 *Vix unquam nigrities, caries saepe totum os perrumpit*, Targa. — *Vix unquam nigrities integrum caries per totum os perrumpit* codd. et edd. Locus a librariis depravatus. Celsus, ni fallor, scripsit: *Vix unquam nigrities, interdum caries, totum os perrumpit.* Vox *integrum* loco *interdum* ex praecedenti membro oscitanter a librario repetita est. *per* seu glossema est, sive potius provenit e verbo *perrumpit* praeoccupato. 331, 25 *id quoque [signi] specillo*, Targa. — Vox *signi* ex glossemate. Saltem interpres *signo specilli* scribere debebat. 332, 2 *suspendendaque manus sinistra est*, Targa cum Med. I, Vat. VIII. — Ego vero scripsi *suspendendaque magis sinistra manus est*, cum ceteris codd. et edd. Targaque ipso in ed. Patav. 1815. 332, 31 *expellit [eaque fere quia testa tenuis et angusta est λεπίς, id est squama, Graecis nominatur]*, Targa. — Membrum uncis inclusum interpretatio est alicujus scioli, loco suo mota; vox enim *λεπίς* non ad carunculam, sed ad os referri potest; haud dubie scripta fuit haec interpretatio contra: *os adustum* etc., l. 29. 333, 5 *percussa est*, Targa. — Verbum *est* omittunt codd. omnes: quae lectio nunc anteponenda mihi videtur. — Item *est* post *fronte* p. 323, 9 a cod. 7028 abest. *335, 12 Nonne verba *curare usque* ex glossemate sunt?

336, 9 *nihil latens in eo ossis caro est*, Targa. — *nihil late sine osse cavum est* codd. Med. I, Vat. VIII. Cocchius novam lectionem proposuit quam recepi; fortasse, ut minus ab optimis codd. recederem, tollere debebam *eo.* 337, 30 *eaque [carni]*, Targa, qui notat vocem *carnis* ex glossemate in textum receptam fuisse. 338, 34 *nihilo minus [extrinsecus]*, Targa. — Adverbium *extrinsecus* (saltem scribendum erat *intrinsecus* jubente Lindenio) perperam repetitum est e periodo sequenti. 339, 29—30 *primis temporibus*, Targa. — *primi temporis* e codd. et edd. antiq. revocavi. *341, 3 *tricesimum [diem]*, Targa, qui pro glossemate habet vocem *diem.* Hanc vocem post *quadragesimum* (l. 5) cod-

7028 exhibet, idque Targae opinionem firmat. Ceteroquin in hoc cod. totum hoc membrum depravatum est; solummodo *at* pro *et* ante *vicesimum* (l. 4) habet, idque si *ac* legitur, fortasse anteponendum est. 341, 19 *subsistente*, Targa et ego cum omnibus quos ille vidit codicibus. *consistente* Lind. et 7028. Vide quae notavi ad p. 247, 35. 341, 20 *sub id*, Targa. — *subit* scripsi cum codd. 7028, Med. I, Vat. VIII, idque optime sensui congruit.

*342, 15 *sub ala suà*, Targa, codd. et plerique edd. — Quid autem sibi voluerit Celsus voce *sua?* Scripsi *sub ala sana* quod sensum maxime probandum exhibet. Fortasse etiam pro *fascia dari* ex Constant. recepto legendum est *fasciare*, vel potius *fasciuri* cum codd. 342, 15 *de costa .... viscera est*, omnes praeter Lind. atque cod. 7028, in quibus legitur *de costis .... viscera sunt*. Cf. quae notavi ad p. 247, 35. 343, 17 Post *sequitur*, codd. et edd. habent *[et sanguis spuitur]*, quae verba Targa tamquam glossema repudiavit, idque recte. Quid enim erat addendum post *vitae periculum?* Saltem haec adnotatio in margine scripta, post *graves inflammationes* inseri debebat. 343, 27 *ex [herba] stoechade*, omnes. Vox *herba* tollenda est, in margine scripta fuit ad *stoechas* interpretandum. *345, 1—2 *pejor ubi obliqua*, *atque ubi multa fragmenta*, Targa et ego; *pejor ubi multa fragmenta, atque ubi obliqua*, codd. Med. I, Vat. VIII, 7028, ibique nil mutandum erat. Iidem codd. *pessimum* habent pro *pessima* (l. 2), quod fortasse tolerari potest, licet haec lectio minus idonea videatur. 345, 17 *quodque*, Targa. — *quoque* cum codd. scripsi. 345, 22 *cruribus [evenit]*, omnes. Vox *evenit* repugnare videtur sermoni Celsiano; ideoque eam expunxi. 345, 30 *prima brevissima [adhibenda]*, omnes. Vox *adhibenda* ab aliquo sciolo inepte addita et sensum et verborum nexum turbat. 346, 4 *ex cervice ipsius [qui laesus est]* — l. 10—11 *inter femina ejus [qui curatur]*, Targa, qui ipse verba *qui laesus est* ... *qui curatur* tamquam glossemata expellere jubet. Ceteroquin in hoc capitulo turpiter a librariis depravato emendationes Targae secutus sum fusiusque de universa hac re disserui in *Diario Gazette méd. de Paris*, 1847, p. 126 sqq. 347, 19 *sic inclinandum est*. Post hoc membrum nonnulla deesse censet Targa; requirit enim aliquid quo referri possit particula *sic*. At, me judice, ex universa intentionis enarratione satis colligere licet quomodo inclinandum

sit brachium; nec opus erat Celso ut repeteret quae jam antea ab eo, etiamsi non disertis verbis expressa, tamen satis aperte indicata erant. Eodem sensu particula *sic* usurpatur p. 348, 1. 349, 18 *senserint*, Targa cum Lindenio et 7028 (cf. quae notata sunt ad p. 247, 35). — *senserunt* ceteri omnes, quae lectio servanda est. *349, 21 *humerus [vero] quoque*, Targa. — Vox *vero* quam jubente Targa perperam delevi in meo textu reponenda est. Haec particula enim conjunctioni *quidem* (l. 23) apprime respondet. *quoque* omittitur in cod. 7028, sed mendose, ni fallor. 349, 33 *adjectum sit [cetera eadem]*, Targa. — Voces *cetera eadem* sensum turbant; ideoque tollendae sunt. Librarius, ut Targa ipse docuit, a praecedentibus *adjectum sit* transiit ad *cetera eadem* (p. 350, 2); quum autem animadverteret lapsum se esse rediit ad membrum *deliganda* cet.; verba vero *cetera eadem* eradere aut punctis subpositis notare neglexit. — *paululum* loco *paulum* (l. 32) habet 7028. 350, 36 Vox *plagam* deest in codd. Reperitur in margine edit. Constant.; prorsus necessaria videtur. 350, 37 *vulnere*, Targa. — *ulcere* alii omnes, idque servandum erat. — Item p. 351, 2 reposui *ulcus* pro *vulnus*. Cf. quae notata sunt ad p. 313, 27. 351, 11 *[ut aliquid laedatur] ossa*, Targa. — Verba uncis inclusa margini adscripta fuerunt ad explicanda: *ut concurrendo exasperentur* (l. 12). 351, 37 *in alterum [par] membrum*, Targa. — Vox *par* in Med. I addita videtur ab aliquo sciolo; sine ea enim sensus constat. 352, 20 *vertebrae*, Targa. — *vertebra* scripsi cum codd. Ceteroquin cf. l. 32. 352, 24 *[et in posteriorem et in interiorem]* Duce Targa hoc membrum recepi ex Lindenio. Vid. p. 359, 1. Particula *et* ante *in exteriorem* omittitur a cod. 7028. 353, 10 *lacessendum non est*, Targa cum Constant.— *nunc* (sic edd. antiq.) *classendum est* Med. I, Vat. VIII, 7028, qui verbum *est* omittit, idque fortasse recte, dummodo legatur ut edidi quo minus a codd. recederem: *non lacessendum*. 353, 25 *Tunc frictionem ei membro adhibere; cibis uti bonis; vino modice*, Targa, qui *uti* repetitum ante *vino* tamquam glossema recte expellere jubet. *Tunc infrictionem* (sicut cet. codd.) *eidem membro adhiberi vino modico cibis uti bonis*, cod. 7028 qui, licet sit in ceteris mendosus, emendationem Targae confirmat; nec forsitan aspernanda sit lectio *vino modico*. 354, 16 *digiti [medici — modici digiti* 7028*] pollices*,

Targa, qui recte judicat vocem *medici* addititiam esse; idque varietate lectionis cod. 7028 firmatur. *359, 2—3 *At id quod in latus elapsum est digitis restitui*, Targa cum plerisque codd. et Morgagnio, qui me judice optimam praebuit emendationem; *atque ita in latus* cet. Med. I, Vat. VIII, *atque ita in latus unde lapsus est digitus restituatur* 7028 et Lind. qui *locum* pro *latus* reposuit (cf. quae notavi ad p. 247, 35), eaque lectio revera sensum idoneum exhibet; membrum praegressum tamen (*qui vel in priorem* cet.) satis manifeste indicat adhuc expectandam esse alius luxandi rationis enarrationem. 359, 14 *valgius*, Targa cum Lind. — *valgium* cod. Constant.; *vatum* Med. I, Vat. VIII; *varum*, sed inepte 7028; *vastius* edd. ant. et plerique codd; *vatium* reposui jubente Targa. 359, 34 *Heraclides aliique quidam*, Targa et ego cum Cocchio et Morgagnio; sed perperam, ni fallor. Codd. plerique habent: *Heraclides*, *faber quoque quidam* (*quid quovis* Vat. VIII, — *Heraclides quicquam* 7028). Certe apud Oribasium (ex. gr. lib. XLIX, 24 sqq.) saepius hujus *fabri* fit mentio tanquam machinamenti auctoris, etiamsi nomen ejus ignoratur. 360, 14 *ea [etiam] inferior*, Targa. — *et etiam inferior* Med. I, *etiam inferior* Vat. VIII, *et jam interiora qua* (quae corruptela facile intelligi potest) *recessit*, 7028. Fortasse legendum est ut scripsi, duce Targa, *ea inferior*, vel cum cod. 7028 *et jam inferior* (omisso *ea*), quae lectio ceteroquin reliquorum atque optimorum codd. vestigia premit. 360, 21 *minister idem contra coxam*, Targa. — *minister contra idem coxam* Med. III et VI, *minister contra coxam* 7028 et Lind. (cf. quae notavi ad p. 247, 35); *minister contra inde coxam* Med. I, Vat. VIII quos, ratione habita chirurgiae, sequi convenit.

362, 17 *aut in inflammatione*, Targa et 7028. — *aut inflammationem* Med. I; alii *ante inflammationem*. Legendum est *aut ante inflammationem*. Quid enim sibi voluerit Celsus dicens: *ossa digitorum reponenda esse in inflammatione?* Apud Hippocratem (*Art.* § 67, t. IV, p. 278) legitur ἐμβάλλειν δὲ χρὴ αὐθημερόν, ἢ τῇ ὑστεραίῃ, τριταίῳ δὲ ἢ τεταρταίῳ — ἥκιστα· τεταρταῖα γὰρ ἐόντα, ἐπισημαίνει τῇσι παλιγκοτίῃσι μάλιστα. Reliqua vero ut Celsus.

Á. CORNELII CELSI

ARTIUM LIBER SEXTUS

IDEM

MEDICINAE PRIMUS.

PROOEMIUM.

Conspectus historiae medicinae. Quae ratio medicinae potissima sit.

Ut alimenta sanis corporibus Agricultura, sic sanitatem aegris Medicina promittit. Haec nusquam quidem non est: siquidem etiam imperitissimae gentes herbas, aliaque promta in auxilium vulnerum morborumque noverunt. Verumtamen apud Graecos aliquanto magis, quam in ceteris nationibus, exculta est; ac ne apud hos quidem a prima origine, sed paucis ante nos saeculis; utpote quum vetustissimus auctor Aesculapius celebretur. Qui, quoniam adhuc rudem et vulgarem hanc scientiam paulo subtilius excoluit, in Deorum numerum receptus est. Hujus deinde duo filii, Podalirius et Machaon, bello Trojano ducem Agamemnonem sequuti, non mediocrem opem commilitonibus suis attulerunt. Quos tamen Homerus (*Il.*), non in pestilentia, neque in variis generibus morborum aliquid attulisse auxilii, sed vulneribus tantummodo ferro et medicamentis mederi solitos esse, proposuit. Ex quo apparet, has partes medicinae solas ab iis esse tractatas, easque esse vetustissimas. Eodemque auctore disci potest, morbos tum ad iram Deorum immortalium relatos esse, et ab iisdem opem posci solitam. Verique simile est, inter nulla auxilia adversae valetudinis, plerumque tamen eam bonam contigisse ob bonos mores, quos neque desidia, neque luxuria vitiarant: siquidem haec duo, corpora, prius in Graecia, deinde

apud nos, afflixerunt. Ideoque multiplex ista medicina, n
olim [apud Graecos], neque apud alias gentes necessaria
aliquos ex nobis ad senectutis principia perducit.]
etiam post eos, de quibus retuli, nulli clari viri medic
exercuerunt; donec majore studio literarum disciplina ag
coepit, quae, ut animo praecipue omnium necessaria, sic
pori inimica est. Primoque medendi scientia sapientiae
habebatur, ut et morborum curatio, et rerum naturae con
platio sub iisdem auctoribus nata sit: scilicet iis hanc ma
requirentibus, qui corporum suorum robora quieta co
tione, nocturnaque vigilia minuerant. Ideoque multos e
pientiae professoribus peritos ejus fuisse accepimus; cl
simos vero ex iis Pythagoram, et Empedoclem, et Dem
tum. Hujus autem, ut quidam crediderunt, discipulus Hi
crates Cous, primus quidem ex omnibus memoria dignis
studio sapientiae disciplinam hanc separavit, vir et arte e
cundia insignis. Post quem Diocles Carystius, deinde Pr
goras et Chrysippus, tum Herophilus et Erasistratus sic
tem hanc exercuerunt, ut etiam in diversas curandi vias
cesserint. Iisdemque temporibus in tres partes medicin
ducta est: ut una esset, quae victu; altera, quae medica
tis; tertia, quae manu mederetur. Primam διαιτητικήν,
cundam φαρμακευτικήν, tertiam χειρουργικήν Gr
nominarunt. Ejus autem, quae victu morbos curat, longe
rissimi auctores, etiam altius quaedam agitare conati, re
quoque naturae sibi cognitionem vindicarunt, tamquam
ea trunca et debilis medicina esset. Post quos Serap
primus omnium, nihil hanc rationalem disciplinam perti
ad medicinam professus, in usu tantum et experimentis
posuit. Quem Apollonius, et Glaucias, et aliquanto
Heraclides Tarentinus, et alii quoque non mediocres vir
quuti, ex ipsa professione se ἐμπειρικούς appellave
Sic in duas partes ea quoque, quae victu curat, medicin
visa est, aliis rationalem artem, aliis usum tantum sibi v
cantibus: nullo vero quidquam post eos qui supra com
hensi sunt, agitante, nisi quod acceperat, donec Asclepi
medendi rationem ex magna parte mutavit. Ex cujus suc
-oribus Themison nuper ipse quoque quaedam in sene

deflexit. Et per hos quidem maxime viros salutaris ista nobis professio increvit.

Quoniam autem ex tribus medicinae partibus, ut difficillima, sic etiam clarissima est ea, quae morbis [sc. *victu*] medetur, ante omnia de hac dicendum est. Et quia prima in eo dissensio est, quod alii sibi experimentorum tantummodo notitiam necessariam esse contendunt, alii, nisi corporum rerumque ratione comperta, non satis potentem usum esse proponunt, indicandum est, quae maxime ex utraque parte dicantur, quo facilius nostra quoque opinio interponi possit. Igitur ii, qui rationalem medicinam profitentur, haec necessaria esse proponunt: abditarum et morbos continentium causarum notitiam, deinde evidentium; post haec etiam naturalium actionum; novissime partium interiorum. Abditas causas vocant, in quibus requiritur, ex quibus principiis nostra corpora sint, quid secundam, quid adversam valetudinem faciat. Neque enim credunt, posse eum scire, quomodo morbos curare conveniat, qui, unde hi sint, ignoret; neque esse dubium, quin alia curatione opus sit, si ex quatuor principiis*) vel superans aliquid, vel deficiens adversam valetudinem creat; ut quidam ex sapientiae professoribus dixerunt: alia, si in humidis omne vitium est, ut Herophilo visum est; alia, si in spiritu, ut Hippocrati [in libro *de Flatibus*]; alia, si sanguis in eas venas [*sc. arterias*], quae spiritui accommodatae sunt, transfunditur, et inflammationem, quam Graeci *φλεγμονήν* nominant, excitat, eaque inflammatio talem motum efficit, qualis in febre est, ut Erasistrato placuit; alia, si manantia corpuscula, per invisibilia foramina subsistendo, iter claudunt, ut Asclepiades contendit; eum vero recte curaturum, quem prima origo causae non fefellerit. Neque vero infitiantur, experimenta quoque esse necessaria; sed ne ad haec quidem aditum fieri potuisse, nisi ab aliqua ratione, contendunt; non enim quidlibet antiquiores viros aegris inculcasse, sed cogitasse, quid maxime conveniret, et id usu explorasse, quo ante conjectura aliqua duxisset; neque interesse, an nunc jam pleraque explorata sint, si a consilio tamen coeperunt. Et id quidem in multis ita

---

*) Id est *igne, aere, aqua, terra,* seu *calido, frigido, sicco, humido.*

se habere. Saepe vero etiam nova incidere genera morborum, in quibus nihil adhuc usus ostenderit, et ideo necessarium sit animadvertere, unde ea coeperint; sine quo nemo reperire mortalium possit, cur hoc, quam illo, potius utatur. Et ob haec quidem in obscuro positas causas persequuntur. Evidentes vero eas appellant, in quibus quaerunt, initium morbi calor attulerit, an frigus; fames, an satietas; et quae similia sunt; occursurum enim vitio dicunt eum, qui originem non ignorarit. Naturales vero corporis actiones appellant, per quas spiritum trahimus et emittimus; cibum potionemque et assumimus et concoquimus: itemque per quas eadem haec in omnes membrorum partes digeruntur. Tum requirunt etiam, quare venae nostrae modo submittant se, modo attollant; quae ratio somni, quae vigiliae sit: sine quorum notitia neminem putant vel occurrere, vel mederi morbis inter haec nascentibus posse. Ex quibus quia maxime pertinere ad rem concoctio videtur, huic potissimum insistunt; et, duce alii Erasistrato, teri cibum in ventre contendùnt; alii, Plistonico Praxagorae discipulo, putrescere; alii credunt Hippocrati, per calorem cibos concoqui: acceduntque Asclepiadis aemuli, qui, omnia ista vana et supervacua esse, proponunt: nihil enim concoqui, sed crudam materiam, sicut assumta est, in corpus omne diduci. Et haec quidem inter eos parum constant: illud vero convenit, alium dandum cibum laborantibus, si hoc; alium, si illud verum est. Nam si teritur intus, eum quaerendum esse, qui facillime teri possit; si putrescit, eum, in quo hoc expeditissimum est; si calor concoquit, eum, qui maxime calorem movet: at nihil ex his esse quaerendum, si nihil concoquitur; ea vero sumenda, quae maxime manent qualia assumta sunt. Eademque ratione, quum spiritus gravis est, quum somnus aut vigilia urget, eum mederi posse arbitrantur, qui prius illa ipsa qualiter eveniant, perceperit. Praeter haec quum in interioribus partibus et dolores et morborum varia genera nascantur, neminem putant his adhibere posse remedia, qui ipsas ignoret. Necessarium ergo esse incidere corpora mortuorum, eorumque viscera atque intestina scrutari; longeque optime fecisse Herophilum et Erasistratum, qui nocentes homines, a regibus ex carcere acceptos, vivos inciderint, considerarintque,

etiamnum spiritu remanente, ea, quae natura ante clausisset, eorumque positum, colorem, figuram, magnitudinem, ordinem, duritiem, mollitiem, laevorem, contactum; processus deinde singulorum et recessus, et sive quid inseritur alteri, sive quid partem alterius in se recipit. Neque enim, quum dolor intus incidit, scire quid doleat, eum, qui, qua parte quodque viscus intestinumve sit, non cognoverit: neque curari id, quod aegrum est, posse ab eo, qui, quid sit, ignoret. Et quum per vulnus alicujus viscera patefacta sunt, eum, qui sanae cujusque colorem partis ignoret, nescire quid integrum, quid corruptum sit; ita ne succurrere quidem posse corruptis. Aptiusque extrinsecus imponi remedia, compertis interiorum et sedibus et figuris, cognitaque eorum magnitudine: similesque omnia, quae [intus] posita sunt, rationes habere. Neque esse crudele, sicut plerique proponunt, hominum nocentium, et horum quoque paucorum, suppliciis, remedia populis innocentibus saeculorum omnium quaeri.

Contra ii, qui se *ἐμπειρικούς* ab experientia nominant, evidentes quidem causas, ut necessarias, amplectuntur: obscurarum vero causarum et naturalium actionum quaestionem ideo supervacuam esse contendunt, quoniam non comprehensibilis natura sit. Non posse vero comprehendi, patere ex eorum, qui de his disputarunt, discordia; quum de ista re, neque inter sapientiae professores, neque inter ipsos medicos conveniat. Cur enim potius aliquis Hippocrati credat, quam Herophilo? cur huic potius, quam Asclepiadi? Si rationes sequi velit, omnium posse videri non improbabiles; si curationes, ab omnibus his aegros perductos esse ad sanitatem. Ita neque disputationi, neque auctoritati cujusquam fidem derogari oportuisse: etiam sapientiae studiosos maximos medicos esse, si ratiocinatio hoc faceret; nunc illis verba superesse, deesse medendi scientiam. Differre quoque pro natura locorum genera medicinae; et aliud opus esse Romae, aliud in Aegypto, aliud in Gallia. Quod si morbos eae causae facerent, quae ubique eaedem essent, remedia quoque ubique eadem esse debuisse. Saepe etiam causas apparere, ut puta lippitudinis, vulneris; neque ex his patere medicinam. Quod si scientiam hanc non subjiciat evidens

causa, multo minus eam posse subjicere, quae in dubio est. Quum igitur illa incerta, incomprehensibilis sit, a certis potius et exploratis petendum esse praesidium; id est, iis, quae experientia in ipsis curationibus docuerit; sicut in ceteris omnibus artibus; nam ne agricolam quidem aut gubernatorem disputatione, sed usu fieri. Ac nihil istas cogitationes ad medicinam pertinere, eo quoque disci, quod qui diversa de his senserint, ad eamdem tamen sanitatem homines perduxerint. Id enim fecisse, quia non ab obscuris causis, neque a naturalibus actionibus, quae apud eos diversae erant, sed ab experimentis, prout cuique responderant, medendi vias traxerint. Ne inter initia quidem ab istis quaestionibus deductam esse medicinam, sed ab experimentis. Aegrorum enim, qui sine medicis erant, alios propter aviditatem primis diebus protinus cibum assumsisse, alios propter fastidium abstinuisse; levatumque magis eorum morbum esse, qui abstinuerant. Itemque alios in ipsa febre aliquid edisse, alios paulo ante eam, alios post remissionem ejus; optime deinde iis cessisse, qui post finem febris id fecerant. Eademque ratione alios inter principia protinus usos esse cibo pleniore, alios exiguo; gravioresque eos factos, qui se implerant. Haec similiaque quum quotidie inciderent, diligentes homines notasse, quae plerumque melius responderent: deinde aegrotantibus ea praecipere coepisse. Sic medicinam ortam, subinde aliorum salute, aliorum interitu, perniciosa discernentem a salutaribus. Repertis deinde jam remediis, homines de rationibus eorum disserere coepisse: nec post rationem medicinam esse inventam; sed post inventam medicinam rationem esse quaesitam. Requirere etiam ratio idem doceat quod experientia, an aliud: si idem, supervacuam esse; si aliud, etiam contrariam. Primo tamen remedia exploranda summa cura fuisse, nunc vero jam explorata esse; neque aut nova genera morborum reperiri, aut novam desiderari medicinam. Quod si jam incidat mali genus aliquod ignotum, non ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obscuris: sed eum protinus visurum, cui morbo id proximum sit; tentaturumque remedia similia illis, quae vicino malo saepe succurrerint, et per ejus similitudinem opem reperturum. Neque enim se dicere, consilio

medicum non egere, et irrationale animal hanc artem posse praestare; sed has latentium rerum conjecturas ad rem non pertinere; quia non intersit, quid morbum faciat, sed quid tollat, neque quomodo, sed quid optime digeratur; sive hac de causa concoctio incidat, sive de illa; et sive concoctio sit illa, sive tantum digestio. Neque quaerendum esse quomodo spiremus, sed quid gravem tardumque spiritum expediat; neque quid venas moveat, sed quid quaeque motus genera significent. Haec autem cognosci experimentis. Et in omnibus ejusmodi cogitationibus in utramque partem disseri posse; itaque ingenium et facundiam vincere; morbos autem non eloquentia, sed remediis curari. Quae si quis elinguis usu discreta bene norit, hunc aliquanto majorem medicum futurum, quam si sine usu linguam suam excoluerit. Atque ea quidem, de quibus est dictum, supervacua esse tantummodo; id vero, quod restat, etiam crudele: vivorum hominum alvum atque praecordia incidi, et salutis humanae praesidem artem non solum pestem alicui, sed hanc etiam atrocissimam, inferre; quum praesertim ex iis, quae tanta violentia quaerantur, alia non possint omnino cognosci, alia possint etiam sine scelere. Nam colorem, laevorem, mollitiem, duritiem, similiaque omnia, non esse talia, inciso corpore, qualia integro fuerint: quia quum, corporibus inviolatis, haec tamen metu, dolore, inedia, cruditate, lassitudine, mille aliis mediocribus affectibus saepe mutentur; multo magis verisimile est, interiora, quibus major mollities, et lux ipsa nova sit, sub gravissimis vulneribus et ipsa trucidatione mutari. Neque quidquam esse stultius, quam quale quid vivo homine est, tale existimare esse moriente, imo jam mortuo; nam uterum (sc. *ventrem*) quidem, qui minus ad rem pertineat, spirante homine posse diduci: simul atque vero ferrum ad praecordia accessit, et discissum transversum septum est, quod membrana quadam superiores partes ab inferioribus diducit (διάφραγμα Graeci vocant), hominem protinus animam amittere: ita mortui demum praecordia et viscus omne in conspectum latrocinantis medici dari necesse est tale, quale mortui sit, non quale vivi fuit. Itaque consequi medicum ut hominem crudeliter jugulet, non ut sciat, qualia vivi viscera habeamus. Si quid tamen sit, quod adhuc spirante homine

conspectui subjiciatur, id saepe casum offerre curantibus. Interdum enim gladiatorem in arena, vel militem in acie, vel viatorem a latronibus exceptum sic vulnerari, ut ejus interior aliqua pars aperiatur, et in alio alia: ita sedem, positum, ordinem, figuram, similiaque alia cognoscere prudentem medicum, non caedem, sed sanitatem molientem; idque per misericordiam discere, quod alii dira crudelitate cognorint. Ob haec ne mortuorum quidem lacerationem necessariam esse, quae, etsi non crudelis, tamen foeda sit; quum aliter pleraque in mortuis se habeant: quantum vero in vivis cognosci potest, ipsa curatio ostendat.

Quum haec per multa volumina, perque magnae contentionis disputationes a medicis saepe tractata sint atque tractentur: subjiciendum est, quae proxima vero videri possint. Ea neque addicta alterutri opinioni sunt, neque ab utraque nimium abhorrentia; media quodammodo inter diversas sententias: quod in plurimis contentionibus deprehendere licet, sine ambitione verum scrutantibus, ut in hac ipsa re; nam quae demum causae, vel secundam valetudinem praestent, vel morbos excitent; quomodo spiritus, aut cibus, vel trahatur, vel digeratur, ne sapientiae quidem professores scientia comprehendunt, sed conjectura persequuntur. Cujus autem rei non est certa notitia, ejus opinio certum reperire remedium non potest. Verumque est, ad ipsam curandi rationem nihil plus conferre, quam experientiam. Quamquam igitur multa sint ad ipsas artes proprie non pertinentia, tamen eas adjuvant, excitando artificis ingenium. Itaque ista quoque naturae rerum contemplatio, quamvis non faciat medicum, aptiorem tamen medicinae reddit. Verique simile est, et Hippocratem et Erasistratum et quicumque alii, non contenti febres et ulcera agitare, rerum quoque naturam ex aliqua parte scrutati sunt, non ideo quidem medicos fuisse, verum ideo quoque majores medicos extitisse. Ratione vero opus est ipsi medicinae, etsi non inter obscuras causas, neque inter naturales actiones, tamen saepe; est enim haec ars conjecturalis; neque respondet ei plerumque non solum conjectura, sed etiam experientia. Et interdum non febris, non cibus, non somnus subsequitur, sicut assuevit. Rarius, sed aliquando morbus quoque ipse no-

vus est: quem non incidere, manifeste falsum est; quum aetate nostra quaedam, ex naturalibus partibus carne prolapsa et arente, intra paucas horas expiraverit sic, ut nobilissimi medici neque genus mali, neque remedium invenerint. Quos eo nihil tentasse judico, quia nemo in splendida persona periclitari conjectura sua voluerit, ne occidisse, nisi servasset, videretur: veri tamen simile est, potuisse aliquid cogitari, detracta tali verecundia; et fortasse responsurum fuisse id, quod aliquis esset expertus. Ad quod medicinae genus neque semper similitudo aliquid confert; et si quando confert, tamen id ipsum rationale est, inter multa similia genera et morborum et remediorum, cogitare, quo potissimum medicamento sit utendum. Quum igitur talis res incidit, medicus aliquid oportet inveniat, quod non utique fortasse, sed saepius tamen etiam respondeat. Petet autem novum quoque consilium non ab rebus latentibus, istae enim dubiae et incertae sunt, sed ab iis, quae explorari possunt, id est evidentibus causis. Interest enim, fatigatio morbum, an sitis, an frigus, an calor, an vigilia, an fames fecerit, an cibi vinique abundantia, an intemperantia libidinis. Neque ignorare hunc oportet, quae sit aegri natura: humidum magis, an magis siccum corpus ejus sit; validi nervi, an infirmi; frequens adversa valetudo, an rara; eaque, quum est, vehemens esse soleat, an levis; brevis, an longa: quod is vitae genus sit sequutus, laboriosum, an quietum; cum luxu, an cum frugalitate. Ex his enim, similibusque, saepe curandi nova ratio ducenda est.

Quamvis ne haec quidem sic praeteriri debent, quasi nullam controversiam recipiant; nam et Erasistratus non ex his fieri morbos dixit; quoniam et alii, et iidem alias post ista non febricitarent: et quidam medici saeculi nostri, sub auctore, ut ipsi videri volunt, Themisone, contendunt, nullius causae notitiam quidquam ad curationes pertinere; satisque esse, quaedam *communia* morborum intueri. Siquidem horum tria genera esse, unum adstrictum, alterum fluens, tertium mixtum. Nam modo parum excernere aegros, modo nimium; modo alia parte parum, alia nimium. Haec autem genera morborum modo acuta esse, modo longa; et modo increscere, modo consistere, modo minui. Cognito igitur eo,

quod ex his est, si corpus adstrictum est, digerendum esse; si profluvio laborat, continendum; si mixtum vitium habet, occurrendum subinde vehementiori malo. Et aliter acutis morbis medendum, aliter vetustis, aliter increscentibus, aliter subsistentibus, aliter jam ad sanitatem inclinatis. Horum observationem medicinam esse; quam ita finiunt, ut quasi viam quamdam, quam μέθοδον Graeci nominant, eorumque, quae in morbis communia sunt, contemplatricem esse contendant. Ac neque rationalibus se, neque experimenta tantum spectantibus adnumerari volunt: quum ab illis eo nomine dissentiant, quod in conjectura rerum latentium nolunt esse medicinam; ab his eo, quod parum artis esse in observatione experimentorum credunt. Quod ad Erasistratum pertinet, primum ipsa evidentia ejus opinioni repugnat; quia raro, nisi post horum aliquid, morbus venit. Deinde non sequitur, ut quod alium non afficit, aut eumdem alias, id ne alteri quidem, aut eidem tempore alio noceat. Possunt enim quaedam subesse corpori, vel ex infirmitate ejus, vel ex aliquo affectu, quae vel in alio non sunt, vel in hoc alias non fuerunt; eaque per se non tanta, ut concitent morbum, tamen obnoxium magis aliis injuriis corpus efficiant. Quod si contemplationem rerum naturae, quam non temere medici sibi vindicant, satis comprehendisset, etiam illud scisset, nihil omnino ob unam causam fieri, sed id pro causa apprehendi, quod contulisse plurimum videtur. Potest autem id, dum solum est, non movere, quod junctum aliis maxime movet. Accedit ad haec, quod ne ipse quidem Erasistratus, qui transfuso in arterias sanguine febrem fieri dicit, idque nimis repleto corpore incidere, reperit, cur ex duobus aeque repletis, alter in morbum inciderit, alter omni periculo vacarit; quod quotidie fieri apparet. Ex quo disci potest, ut vera sit illa transfusio, tamen illam non per se, quum plenum corpus est, fieri, sed quum horum aliquid accesserit. Themisonis vero aemuli, si perpetua, quae promittunt, habent, magis etiam quam ulli, rationales sunt. Neque enim, si quis non omnia tenet, quae rationalis alius probat, protinus alio novo nomine artis indiget; si modo, quod primum est, non memoriae soli, sed rationi quoque insistit. Sin, quod vero propius est, vix ulla perpetua praecepta me-

dicinalis ars recipit (cf. II, 10; III, 4), idem sunt, quod ii, quos experimenta sola sustinent: eo magis, quoniam, compresserit aliquem morbus, an fuderit, quilibet etiam imperitissimus videt: quid autem compressum corpus resolvat, quid solutum teneat, si a ratione tractum est, rationalis est medicus; si, ut ei qui se rationalem negat, confiteri necesse est, ab experientia, empiricus. Ita apud eum morbi cognitio extra artem, medicina intra usum est. Neque adjectum quidquam empiricorum professioni, sed demtum est; quoniam illi multa circumspiciunt, hi tantum facillima, et non plus, quam vulgaria; nam et ii, qui pecoribus ac iumentis medentur, quum propria cujusque ex mutis animalibus nosse non possint, communibus tantummodo insistunt; et exterae gentes, quum subtilem medicinae rationem non noverint, communia tantum vident; et qui ampla valetudinaria nutriunt, quia singulis summa cura consulere non sustinent, ad communia ista confugiunt. Neque, hercules, istud antiqui medici nescierunt, sed his contenti non fuerunt. Ergo etiam vetustissimus auctor Hippocrates (*Epid.* I, sect. 3, § 10) dixit, mederi oportere et communia et propria intuentem. Ac ne isti quidem ipsi intra suam professionem consistere ullo modo possunt: siquidem et compressorum et fluentium morborum genera diversa sunt; faciliusque id in iis, quae fluunt, inspici potest. Aliud est enim sanguinem, aliud bilem, aliud cibum vomere; aliud dejectionibus, aliud torminibus laborare; aliud sudore digeri, aliud tabe consumi. Atque in partes quoque humor erumpit, ut in oculos, auresque: quo periculo nullum humanum membrum vacat. Nihil autem horum sic, ut aliud, curatur. Ita protinus in his a communi fluentis morbi contemplatione ad propriam medicina descendit. Atque in hac quoque rursus alia proprietatis notitia saepe necessaria est; quia non eadem omnibus, etiam in similibus casibus, opitulantur: siquidem certae quaedam res sunt, quae in pluribus ventrem aut adstringunt, aut resolvunt; inveniuntur tamen, in quibus aliter, atque in ceteris, id eveniat. In his ergo communium inspectio contraria est, propriorum tantum salutaris. Et causae quoque aestimatio saepe morbum solvit. Ergo etiam ingeniosissimus saeculi nostri medicus, quem nuper vidimus, Cassius, febricitanti cuidam, et magna

siti affecto, quum post ebrietatem eum premi coepisse cognosset, aquam frigidam ingessit. Qua ille epota, quum vini vim miscendo fregisset, protinus febrem somno et sudore discussit. Quod auxilium medicus opportune providit, non ex eo, quod aut adstrictum corpus erat, aut fluebat; sed ex ea causa, quae ante praecesserat. Estque etiam proprium aliquid et loci et temporis istis quoque auctoribus: qui quum disputant, quemadmodum sanis hominibus agendum sit, praecipiunt, ut gravibus aut locis aut temporibus magis vitetur frigus, aestus, satietas, labor, libido; magisque ut conquiescat iisdem locis aut temporibus, si quis gravitatem corporis sentit; ac neque vomitu stomachum, neque purgatione alvum sollicitet. Quae vera quidem sunt; a communibus tamen ad quaedam propria descendunt. Nisi persuadere nobis volunt, sanis quidem considerandum esse, quod coelum, quod tempus anni sit; aegris vero non esse: quibus tanto magis omnis observatio necessaria est, quanto magis obnoxia offensis infirmitas est. Quin etiam morborum in iisdem hominibus aliae atque aliae proprietates sunt; et qui secundis aliquando frustra curatus est, contrariis saepe restituitur. Plurimaque in dando cibo discrimina reperiuntur: ex quibus contentus uno ero. Nam famem facilius adolescens, quam puer (*Aph.* I, 13); facilius in denso coelo, quam in tenui; facilius hieme, quam aestate; facilius uno cibo, quam prandio quoque assuetus; facilius inexercitatus, quam exercitatus homo sustinet. Saepe autem in eo magis necessaria cibi festinatio est, qui minus inediam tolerat. Ob quae concipio, eum, qui propria non novit, communia tantum intueri debere; eumque, qui nosse propria potest, illa quidem non oportere negligere, sed his quoque insistere. Ideoque, quum par scientia sit, utiliorem tamen medicum esse amicum, quam extraneum.

Igitur, ut ad propositum meum redeam, rationalem quidem puto medicinam esse debere: instrui vero ab evidentibus causis; obscuris omnibus, non a cogitatione artificis, sed ab ipsa arte rejectis. Incidere autem vivorum corpora, et crudele, et supervacuum est: mortuorum, discentibus necessarium; nam positum et ordinem nosse debent; quae cada- melius, quam vivus et vulneratus homo, repraesentant.

Sed et cetera, quae modo in vivis cognosci possunt, in ipsis curationibus vulneratorum paulo tardius, sed aliquanto mitius usus ipse monstrabit. His propositis, primum dicam, quemadmodum sanos agere conveniat: tum ad ea transibo, quae ad morbos curationesque eorum pertinebunt.

CAPUT I.

Qualiter se sanus agere debeat.

Sanus homo, qui et bene valet, et suae spontis est, nullis obligare se legibus debet; ac neque medico, neque alipta egere. Hunc oportet varium habere vitae genus: modo ruri esse, modo in urbe, saepiusque in agro; navigare, venari, quiescere interdum, sed frequentius se exercere: siquidem ignavia corpus hebetat, labor firmat (Hipp. *Vict. rat.* II, 60); illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit. Prodest etiam interdum balneo, interdum aquis frigidis uti; modo ungi, modo id ipsum negligere; nullum cibi genus fugere, quo populus utatur; interdum in convivio esse, interdum ab eo se retrahere; modo plus justo, modo non amplius assumere; bis die potius, quam semel cibum capere, et semper quam plurimum, dummodo hunc concoquat. Sed ut hujus generis exercitationes cibique necessarii sunt; sic athletici supervacui; nam et intermissus, propter civiles aliquas necessitates, ordo exercitationis corpus affligit: et ea corpora, quae more eorum repleta sunt, celerrime et senescunt, et aegrotant.

Concubitus vero neque nimis concupiscendus, neque nimis pertimescendus est: rarus corpus excitat; frequens solvit. Quum autem frequens non numero sit, sed ratione aetatis et corporis, scire licet, eum non inutilem esse, quem corporis neque languor, neque dolor sequitur. Idem interdiu pejor est, noctu tutior: ita tamen, si neque illum cibus, neque hunc cum vigilia labor statim sequitur. Haec firmis servanda sunt; cavendumque, ne in secunda valetudine adversae praesidia consumantur.

CAPUT II.

Qualiter se agere debeant qui imbecilles sunt.

At imbecillis (quo in numero magna pars urbanorum, omnesque paene cupidi literarum sunt), observatio major necessaria est; ut, quod vel corporis, vel loci, vel studii ratio detrahit, cura restituat. Ex his igitur, qui bene concoxit, mane tuto surget; qui parum, quiescere debet, et, si mane surgendi necessitas fuerit, redormire: qui non concoxit, ex toto conquiescere, ac neque labori se, neque exercitationi, neque negotiis credere. Qui crudum sine praecordiorum dolore ructat, is ex intervallo aquam frigidam bibere, et se nihilo minus continere. Habitare vero aedificio lucido, perflatum aestivum, hibernum solem habente; cavere meridianum solem, matutinum et vespertinum frigus; itemque auras fluminum atque stagnorum; minimeque, nubilo coelo, soli aperienti, se committere, ne modo frigus, modo calor moveat; quae res maxime gravedines destillationesque concitat. Magis vero gravibus locis ista servanda sunt, in quibus etiam pestilentiam faciunt. Scire autem licet, integrum corpus esse, quum quotidie mane urina alba, deinde rufa est: illud concoquere, hoc concoxisse significat. Ubi experrectus est aliquis, paulum intermittere: deinde, nisi hiems est, fovere os multa aqua frigida debet. Longis diebus meridiari potius ante cibum; sin minus, post eum: per hiemem potissimum totis noctibus conquiescere. Sin lucubrandum est, non post cibum id facere, sed post concoctionem. Quem interdiu vel domestica, vel civilia officia tenuerunt, huic tempus aliquod servandum curationi corporis sui est. Prima autem ejus curatio, exercitatio est, quae semper antecedere cibum debet: in eo, qui minus laboravit, et bene concoxit, amplior; in eo, qui fatigatus est, et minus concoxit, remissior. Commode vero exercent clara lectio, arma, pila, cursus, ambulatio; atque haec non utique plana, commodior est; siquidem melius ascensus quoque et descensus cum quadam varietate corpus movet; nisi tamen id perquam imbecillum est. Melior autem

est sub divo, quam in porticu; melior, si caput patitur, in sole, quam in umbra; melior in umbra quam parietes aut viridia efficiunt, quam quae tecto subest; melior recta, quam flexuosa. Exercitationis autem plerumque finis esse debet sudor, aut certe lassitudo, quae citra fatigationem sit: idque ipsum modo minus, modo magis faciendum est. Ac ne his quidem, athletarum exemplo, vel certa esse lex, vel immodicus labor debet. Exercitationem recte sequitur modo unctio, vel in sole, vel ad ignem; modo balneum, sed conclavi quam maxime et alto et lucido et spatioso. Ex his vero neutrum semper fieri oportet; sed saepius alterutrum, pro corporis natura. Post haec paulum conquiescere opus est. Ubi ad cibum ventum est, numquam utilis est nimia satietas; saepe inutilis nimia abstinentia; si qua intemperantia subest, tutior est in potione, quam in esca (cf. *Aph.* II, 11). Cibus a salsamentis, oleribus, similibusque rebus melius incipit: tum caro assumenda est, quae assa optima, aut elixa est. Condita omnia duabus de causis inutilia sunt; quoniam et plus propter dulcedinem assumitur, et quod modo par est, tamen aegrius concoquitur. Secunda mensa bono stomacho nihil nocet, in imbecillo coacescit. Si quis itaque hoc parum valet, palmulas, pomaque, et similia melius primo cibo assumit. Post multas potiones, quae aliquantum sitim excesserunt, nihil edendum est: post satietatem, nihil agendum. Ubi expletus est aliquis, facilius concoquit, si quidquid assumsit, potione aquae frigidae includit, tum paulisper invigilat, deinde bene dormit. Si quis interdiu se implevit, post cibum neque frigori, neque aestui, neque labori se debet committere: neque enim tam facile haec inani corpore, quam repleto nocent. Si quibus de causis futura inedia est, labor omnis vitandus est. (Hipp. *Aph.* II, 16.)

CAPUT III.

Observationes circa corporum genera, aetates, et tempora anni.

Atque haec quidem paene perpetua sunt. Quasdam autem observationes desiderant et novae res, et corporum ge-

nera, et aetates, et tempora anni.. Nam neque ex salubri loco in gravem, neque ex gravi in salubrem transitus satis tutus est. Ex salubri in gravem, prima hieme; ex gravi in eum, qui salubris est, prima aestate transire melius est. Neque vero ex multa fame nimia satietas; neque ex nimia satietate fames idonea est (cf. *Aph.* II, 4). Periclitaturque, et qui semel, et qui bis die cibum incontinenter, contra consuetudinem, assumit (Hipp. *Vict. rat. acut.* § 9). Item neque ex nimio labore subitum otium, neque ex nimio otio subitus labor, sine gravi noxa est. Ergo, quum quis mutare aliquid volet, paulatim debebit assuescere (*Aph.* II, 50). Omnem etiam laborem facilius vel puer vel senex, quam insuetus homo sustinet (*Aph.* II, 49). Atque ideo quoque nimis otiosa vita utilis non est; quia potest incidere laboris necessitas. Si quando tamen insuetus aliquis laboravit, aut si multo plus, quam solet, etiam is, qui assuevit, huic jejuno dormiendum est: multo magis, si etiam os amarum est, vel oculi caligant, aut venter perturbatur. Tum enim non dormiendum tantummodo jejuno est, sed etiam in posterum diem permanendum; nisi cito id quies sustulit. Quod si factum est, surgere oportet, et lente paululum ambulare. At si somni necessitas non fuit, quia modice magis aliquis laboravit, tamen ingredi aliquid eodem modo debet. Communia deinde omnibus sunt post fatigationem cibum sumpturis, ubi paulum ambulaverunt, si balneum non est, calido loco, vel in sole, vel ad ignem ungi, atque sudare; si est, ante omnia in tepidario sedere, deinde, ubi paulum conquieverunt, intrare et descendere in solium; tum multo oleo ungi, leniterque perfricari, iterum in solium descendere: post haec os aqua calida, deinde frigida fovere. Balneum his fervens idoneum non est. Ergo si nimium alicui fatigato paene febris est, huic abunde est loco tepido demittere se inguinibus tenus in aquam calidam, cui paulum olei sit adjectum; deinde totum quidem corpus, maxime tamen eas partes, quae in aqua fuerunt, leniter perfricare ex oleo, cui vinum et paulum contriti salis sit adjectum. Post haec omnibus fatigatis aptum est cibum sumere, eoque humido uti; aqua, vel certe diluta potione esse contentos; maximeque ea, quae moveat urinam. Illud quoque nosse opor-

tet, quod ex labore sudanti frigida potio perniciosissima est; atque etiam, quum sudor se remisit, itinere fatigatis inutilis. A balneo quoque venientibus Asclepiades inutilem eam judicavit: quod in iis verum est, quibus alvus facile, nec tuto, resolvitur, quique facile inhorrescunt; perpetuum in omnibus non est, quum potius naturale sit, potione aestuantem stomachum refrigerari. Quod ita praecipio, ut tamen fatear, ne ex hac quidem causa sudanti adhuc frigidum bibendum esse. Solet etiam prodesse, post varium cibum, frequentesque dilutas potiones, vomitus, et postero die longa quies, deinde modica exercitatio. Si assidua fatigatio urget, invicem modo aqua, modo vinum bibendum est, raroque balneo utendum. Levatque lassitudinem etiam laboris mutatio: eumque, quem novum genus laboris pressit, id, quod in consuetudine est, reficit. Fatigato quotidianum cubile tutissimum est: insolitum contra lassat. Quod enim contra consuetudinem est, nocet, seu molle, seu durum est (cf. Hipp. *Vict. rat. acut.* § 12).

Proprie quaedam ad eum pertinent, qui ambulando fatigatur. Hunc reficit in ipso quoque itinere frequens frictio; post iter, primum sedile, deinde unctio: tum calida aqua in balneo magis inferiores partes, quam superiores foveat. Si quis vero exustus in sole est, huic in balneum protinus eundum, perfundendumque oleo corpus et caput; deinde in solium bene calidum descendendum est; tum multa aqua per caput infundenda, prius calida, deinde frigida. At ei, qui perfrixit, opus est in balneo primum involuto sedere, donec insudet (cf. cap. 4 et II, 17); tum ungi; deinde lavari: cibum modicum, potiones meracas assumere. Is vero qui navigavit, et nausea pressus est, si multam bilem evomuit, vel abstinere a cibo debet, vel paulum aliquid assumere; si pituitam acidam effudit, utique sumere cibum, sed assueto leviorem; si sine vomitu nausea fuit, vel abstinere, vel post cibum vomere. Qui vero toto die, vel in vehiculo, vel in spectaculis sedit, huic nihil currendum, sed lente ambulandum est: lenta quoque in balneo mora, dein coena exigua prodesse consueverunt. Si quis in balneo aestuat, reficit hunc ore exceptum, et in eo retentum acetum: si id non est, eodem modo frigida aqua assumta.

Ante omnia autem norit quisque naturam sui corporis: quoniam alii graciles, alii obesi sunt, alii calidi, alii frigidiores, alii humidi, alii sicci; alios adstricta, alios resoluta alvus exercet: raro quisquam non aliquam partem corporis imbecillam habet. Tenuis vero homo implere se debet, plenus extenuare, calidus refrigerare, frigidus calefacere, madens siccare, siccus madefacere: itemque alvum firmare is, cui fusa; solvere is, cui adstricta est: succurrendumque semper parti maxime laboranti est.

Implet autem corpus modica exercitatio, frequentior quies, unctio, et, si post prandium est, balneum, contracta alvus, modicum frigus hieme, somnus et plenus et non nimis longus, molle cubile, animi securitas, assumta per cibos et potiones maxime dulcia et pinguia, cibus et frequentior et quantus plenissimus potest concoqui. Extenuat corpus aqua calida, si quis in eam descendit, magisque si salsa est; in jejuno balneum, inurens sol et omnis calor, cura, vigilia, somnus nimium vel brevis vel longus; durum cubile (Hipp. *De sal. diaeta* § 4); cursus, multa ambulatio, omnisque vehemens exercitatio, vomitus, dejectio, acidae res et austerae, et semel die assumtae, et vini non praefrigidi potio jejuno in consuetudinem adducta.

Quum vero inter extenuantia posuerim vomitum et dejectionem, de his quoque proprie quaedam dicenda sunt. Ejectum esse ab Asclepiade vomitum in eo volumine, quod *De tuenda sanitate* composuit, video: neque reprehendo, si offensus eorum est consuetudine, qui quotidie ejiciendo, vorandi facultatem moliuntur. Paulo etiam longius processit: idem purgationes quoque eodem volumine expulit. Et sunt eae perniciosae, si nimis valentibus medicamentis fiunt; sed haec tamen submovenda esse, non est perpetuum; quia corporum temporumque ratio potest ea facere necessaria, dum et modo, et non nisi quum opus est, adhibeantur. Ergo ille quoque ipse, si quid jam corruptum esset, expelli debere confessus est: ita non ex toto res condemnanda est; sed esse ejus etiam plures causae possunt; estque in ea quaedam paulo subtilior observatio adhibenda.

Vomitus utilior est hieme, quam aestate (cf. *Aph.* IV, 4):

nam tunc et pituitae plus, et capitis gravitas major subest. Inutilis est gracilibus, et imbecillum stomachum habentibus: utilis plenis et biliosis omnibus, si vel nimium se replerunt, vel parum concoxerunt; nam sive plus est, quam quod concoqui possit, periclitari ne corrumpatur, non oportet; sive corruptum est, nihil commodius est, quam id, qua via primum expelli potest, ejicere. Itaque, ubi amari ructus cum dolore et gravitate praecordiorum sunt, ad hunc protinus confugiendum est (cf. *Aph.* IV, 17). Idem prodest ei, cui pectus aestuat, et frequens saliva, vel nausea est; aut sonant aures, aut madent oculi, aut os amarum est: similiterque ei, qui vel coelum, vel locum mutat; iisque, quibus, si per plures dies non vomuerunt, dolor praecordia infestat. Neque ignoro inter haec praecipi quietem: quae non semper contingere potest agendi necessitatem habentibus; nec in omnibus idem facit. Itaque istud luxuriae causa fieri non oportere confiteor; interdum valetudinis causa recte fieri, experimentis credo: cum eo tamen, ne quis, qui valere et senescere volet, hoc quotidianum habeat. — Qui vomere post cibum vult, si ex facili facit, aquam tantum tepidam ante debet assumere; si difficilius, aquae vel salis, vel mellis paulum adjicere. At qui mane vomiturus est, ante bibere mulsum, vel hyssopum, aut esse radiculam debet; deinde aquam tepidam, ut supra scriptum est, bibere. Cetera, quae antiqui medici praeceperunt, stomachum omnia infestant. Post vomitum, si stomachus infirmus est, paulum cibi, sed hujus idonei, gustandum, et aquae frigidae cyathi tres bibendi sunt, nisi tamen fauces vomitus exasperarit. Qui vomuit, si mane id fecit, ambulare debet, tum ungi, deinde coenare: si post coenam, postero die lavari, et in balneo sudare. Huic proximus cibus mediocris utilior est; isque esse debet cum pane hesterno, vino austero meraco, et carne assa, cibisque omnibus quam siccissimis. Qui vomere bis in mense vult, melius consulet, si biduo continuarit, quam si post quintumdecimum diem vomuerit (Hipp. *De salubri diaeta* § 5); nisi haec mora gravitatem pectori faciet.

Polypum vero, qui in naribus nascitur (P. Aeg. VI, 25), ferro praecipue curari jam alias posui (VI, 8). Ergo hunc ferramento acuto, in modum spathae facto, resolvere ab osse oportet: adhibita diligentia, ne infra cartilago laedatur; in qua difficilis curatio est. Ubi abscissus est, unco ferramento extrahendus est. Tum implicitum linamentum, vel aliquid ex penicillo respergendum est medicamento, quo sanguis supprimitur, eoque naris leviter implenda. Sanguine suppresso, linamento ulcus purgandum est. Ubi purum est, eo pinna, eodem modo, quo in aure supra positum est (p. 283, l. 34), medicamento illita, quo cicatrix inducitur, intus demittenda, donec ex toto id sanescat.

CAPUT XI.

De ozaena.

Id autem vitium, quod ὄζαινα a Graecis vocatur (cf. VI, 8), si medicamentis non cederet, quemadmodum manu curandum esset, apud magnos chirurgos non reperi: credo, quia res raro ad sanitatem satis proficit, quum aliquod in ipsa curatione tormentum habeat. Apud quosdam tamen positum est, vel fictilem fistulam, vel enodem scriptorium calamum in narem esse conjiciendum, donec sursum ad os perveniat: tum per id tenue ferramentum candens dandum esse ad ipsum os: deinde adustum locum purgandum esse aerugine et melle: ubi purus est, lycio ad sanitatem perducendum. Vel narem incidendam esse ab ima parte ad os, ut et conspici locus possit, et facilius candens ferramentum admoveri. Tum sui narem debere; et adustum quidem ulcus eadem ratione curari: suturam vero illini vel spuma argenti, vel alio glutinante.

CAPUT XII.

De oris vitiis, quae manu, et ferro curantur.

1. In ore quoque quaedam manu curantur. Ubi in primis dentes nonnumquam moventur, modo propter radicum imbecillitatem, modo propter gingivarum arescentium vitium. Oportet in utrolibet candens ferramentum gingivis admovere, ut attingat leviter, non insidat. Adüstae gingivae melle illinendae, et mulso eluendae sunt. Ut pura ulcera esse coeperunt, arida medicamenta infrianda sunt ex iis, quae reprimunt. Si vero dens dolores movet, eximique eum, quia medicamenta nihil adjuvant, placuit, circumradi debet, ut gingiva ab eo resolvatur: tum is concutiendus est: eaque facienda, donec bene moveatur: nam dens haerens cum summo periculo evellitur, ac nonnunquam maxilla loco movetur. Idque etiam majore periculo in superioribus dentibus fit; quia potest tempora oculosque concutere. Tum, si fieri potest, manu; si minus, forcipe (id est ὀδοντάγρα) dens excipiendus est: ac, si exesus est, ante id foramen vel linamento, vel bene accommodato plumbo replendum est, ne sub forcipe confringatur. Recta vero forceps ducendus est, ne inflexis radicibus os rarum, cui dens inhaeret, parte aliqua frangatur. Neque ideo nullum ejus rei periculum est; utique in dentibus brevibus, qui fere longiores radices habent: saepe enim forceps, quum dentem comprehendere non possit, aut frustra comprehendat, os gingivae prehendit et frangit (P. Aeg. VI, 28). Protinus autem, ubi plus sanguinis profluit, scire licet aliquid ex osse fractum esse. Ergo specillo conquirenda est testa, quae recessit, et vulsella protrahenda est: si non sequitur, incidi gingiva debet, donec labans ossis testa recipiatur. Quod si factum statim non est, indurescit extrinsecus maxilla, ut is hiare non possit. Imponendum calidum ex farina et fico cataplasma est, donec ibi pus moveatur: tum incidi gingiva debet. Pus quoque multum profluens, ossis fracti nota est. Itaque etiam tunc id extrahi convenit. Nonnunquam etiam, eo laeso, fissura fit: quae eradi debet. Dens autem scaber, qua parte niger est, radendus

est, illinendusque rosae flore contrito, cui gallae quarta pars et altera myrrhae sit adjecta: continendumque ore crebro vinum meracum. Atque in eo casu velandum caput, ambulatione multa, frictione capitis, cibo non acri utendum est. At si ex ictu vel alio casu aliqui labant dentes, auro cum iis, qui bene haerent, vinciendi sunt; continendaque ore reprimentia: ut vinum, in quo malicorium decoctum, aut in quod galla candens conjecta sit. Si quando etiam in pueris ante alter dens nascitur, quam prior excidat, is, qui cadere debuit, circumpurgandus et evellendus est; is, qui natus est, in locum prioris quotidie digito adurgendus, donec ad justam magnitudinem perveniat. Quotiescumque dente exemto radix relicta est, protinus ea quoque ad id facto forcipe, quam ῥιζάγραν Graeci vocant, eximenda est.

2. Tonsillas autem, quae post inflammationes induruerunt, ἀντιάδες autem a Graecis appellantur, quum sub levi tunica sint, oportet digito circumradere et evellere: si ne sic quidem resolvuntur, hamulo excipere, et scalpello excidere: tum os aceto eluere, et illinere vulnus medicamento, quo sanguis supprimatur (cf. p. 256, l. 32; et P. Aeg. VI, 30).

3. Uva (P. Aeg. VI, 31), si cum inflammatione descendit, dolorique est, et subrubicundi coloris, praecidi sine periculo non potest: solet enim multum sanguinem effundere: itaque melius est iis uti, quae alias proposita sunt (VI, 14). Si vero inflammatio quidem nulla est, nihilominus autem ea ultra justum modum a pituita deducta est, et tenuis, acuta, alba est, praecidi debet: itemque, si ima, livida et crassa; summa tenuis est. Neque quidquam commodius est, quam vulsella prehendere, sub eaque, quod volumus, excidere. Neque enim ullum periculum est, ne plus minusve praecidatur: quum liceat tantum infra vulsellam relinquere, quantum inutile esse manifestum est; idque praecidere, quo longior uva est, quam esse naturaliter debet. Post curationem eadem facienda sunt, quae in tonsillis proxime posui (§ 2).

4. Lingua vero quibusdam cum subjecta parte a primo natali die juncta est; qui ob id ne loqui quidem possunt (P. Aeg. VI, 29). Horum extrema lingua vulsella prehendenda est; sub eaque membrana incidenda: magna cura habita, ne

venae, quae juxta sunt, violentur, et profusione sanguinis noceant. Reliqua curatio vulneris in prioribus posita est. Et plerique quidem, ubi consanuerunt, loquuntur. Ego autem cognovi qui, succisa lingua, quum abunde super dentes eam promeret, non tamen loquendi facultatem consequutus est. Adeo in medicina, etiam ubi perpetuum est, quod fieri debet, non tamen perpetuum est id, quod sequi convenit.

5. Sub lingua quoque interdum aliquid abscedit (*grenouillette*); quod fere consistit in tunica, doloresque magnos movet. Quod, si exiguum est, incidi semel satis est: si majus, summa cutis usque ad tunicam excidenda est, deinde utrimque orae hamulis excipiendae, et tunica undique circumdata liberanda est: magna diligentia per omnem curationem habita, ne qua major vena incidatur.

6. Labra autem saepe finduntur; eaque res habet cum dolore etiam hanc molestiam, quod sermo prohibetur; qui subinde eas rimas cum dolore diducendo sanguinem citat. Sed has, si in summo sunt, medicamentis curare commodius est, quae ad ulcera oris fiunt: si vero altius descenderunt, necessarium est tenui ferramento adurere, quod spathae simile, quasi transcurrere, non imprimi debet. Postea facienda eadem sunt, quae in auribus adustis exposita sunt.

CAPUT XIII.

De cervicis vitio.

At in cervice, inter cutem et asperam arteriam, tumor increscit: *βρογχοκήλην* Graeci vocant (P. Aeg. VI, 38). Quo modo caro hebes, modo humor aliquis, melli aquaeve similis, includitur; interdum etiam minutis ossibus pili immixti. Ex quibus quidquid est, tunica continetur. Potest autem adurentibus medicamentis curari: quibus summa cutis cum subiecta tunica exeditur. Quo facto, sive humor est, profluit; sive quid densius, digitis educitur: tum ulcus sub linamentis sanescit. Sed scalpelli curatio brevior est. Medio tumore una linea inciditur usque ad tunicam.

vitiosus sinus ab integro corpore digito separatur, totusque cum velamento suo eximitur: tum aceto, cui vel salem vel nitrum aliquis adjecit, eluitur; oraeque una sutura junguntur; ceteraque eadem, quae in aliis suturis, superinjiciuntur: leniter deinde, ne fauces urgeat, deligatur. Si quando autem tunica eximi non potuit, intus inspergenda adurentia, linamentisque id curandum est, et ceteris pus moventibus (cf. V, 3).

CAPUT XIV.

De umbilici vitiis.

Sunt etiam circa umbilicum plura vitia: de quibus propter raritatem inter auctores parum constat. Verisimile est autem, id a quoque praetermissum, quod ipse non cognoverat: a nullo id, quod non viderat, fictum. Commune omnibus est, umbilicum indecore prominere (P. Aeg. VI, 51): causae requiruntur. Meges tres has posuit: modo intestinum eo irrumpere, modo omentum, modo humorem. Sostratus nihil de omento dixit: duobus iisdem adjecit, carnem ibi interdum increscere; eamque modo integram esse, modo carcinomati similem. Gorgias ipse quoque omenti mentionem omisit; sed eadem tria causatus, spiritum quoque interdum eo dixit irrumpere. Heron omnibus his quatuor positis, et omenti mentionem habuit, et ejus, quod simul et omentum et intestinum habuerit. Quid autem horum sit, his indiciis cognoscitur. Ubi intestinum prolapsum est, tumor neque durus, neque mollis est; omni frigore minuitur; non solum sub omni calore, sed etiam retento spiritu crescit; sonat interdum; atque ubi resupinatus est aliquis, delapso intestino, ipse desidit. Ubi vero omentum est, cetera similia sunt; tumor mollior, et ab ima parte latus, extenuatus in vertice est; si quis apprehendit, elabitur. Ubi utrumque est, indicia quoque mixta sunt, et inter utrumque mollities. At caro durior est, semperque etiam resupinato corpore tumet, prementique non cedit, prioribus facile cedentibus. Si vitiosa est, easdem notas habet, quas in carcinomate exposui. Humor autem, si premitur, circumfluit. At spiritus pressus ce-

dit, sed protinus redit: resupinato quoque corpore tumorem in eadem figura tenet. Ex his id, quod ex spiritu vitium est, medicinam non admittit. Caro quoque carcinomati similis cum periculo tractatur: itaque omittenda est. Sana excidi debet; idque vulnus linamentis curari. Humorem quidem vel inciso summo tumore effundunt, et vulnus iisdem linamentis curant. In reliquis variae sententiae sunt. Ac resupinandum quidem corpus esse, res ipsa testatur; ut in uterum, sive intestinum, sive omentum est, delabatur. Sinus vero umbilici, tum vacuus, a quibusdam duabus regulis exceptus est; vehementerque earum capitibus deligatis, ibi emoritur: a quibusdam, ad imum acu trajecta, duo lina ducente, deinde utriusque lini duobus capitibus diversae partes adstrictae; quod in uva quoque oculi fit: nam sic id, quod supra vinculum est (cf. supr. 7, 11), emoritur. Adjecerunt quidam, ut, antequam vincirent, summum una linea inciderent, exciderentque; quo facilius digito demisso, quod illuc irrupisset, depellerent: tum deinde vinxerunt. Sed abunde est, jubere spiritum continere, ut tumor, quantus maximus esse potest, se ostendat: tum imam basim ejus atramento notare; resupinatoque homine, digitis tumorem eum premere, ut si quid delapsum non est, manu cogatur: post haec umbilicum attrahere, et qua nota atramenti est, lino vehementer adstringere: deinde partem superiorem aut medicamentis, aut ferro adurere, donec emoriatur: atque, ut cetera usta, ulcus nutrire. Idque non solum ubi intestinum, vel omentum, vel utrumque est; sed etiam ubi humor est, optime proficit. Sed ante quaedam visenda sunt, ne quod ex vinculo periculum sit. Nam curationi neque infans, neque aut robustus annis, aut senex aptus est; sed a septimo fere anno ad quartumdecimum. Deinde ei corpus idoneum est id, quod integrum est: at quod mali habitus est, quodque papulas, impetigines, similiaque habet, idoneum non est. Levibus quoque tumoribus facile subvenitur: at in eorum, qui nimis magni sunt, curatione periculum est. Tempus autem anni et autumnale, et hibernum vitandum est: ver idoneum maxime est: ac prima aestas non aliena est. Praeter haec abstinere pridie debet. Neque id satis est; sed alvus quoque ei du-

cenda est; quo facilius omnia quae excesserunt, intra uterum considant.

CAPUT XV.

Quomodo aqua hydropicis emittatur.

Aquam iis, qui hydropici sunt, emitti oportere, alias dixi (III, 21). Nunc, quemadmodum id fiat, dicendum est (cf. P. Aeg. VI, 50). Quidam autem sub umbilico, fere quatuor interpositis digitis a sinistra parte: quidam, ipso umbilico perforato, id facere consuerunt: quidam, cute primum adusta, deinde interiore abdomine inciso; quia, quod per ignem divisum est, minus celeriter coit. Ferramentum autem demittitur magna cura habita, ne qua vena incidatur. Id tale esse debet, ut fere tertiam digiti partem latitudo mucronis impleat; demittendumque ita est, ut membranam quoque transeat, qua caro ab interiore parte finitur: eo tum plumbea aut aenea fistula conjicienda est, vel recurvatis in exteriorem partem labris, vel in media circumsurgente quadam mora, ne tota intus delabi possit. Hujus ea pars, quae intra, paulo longior esse debet, quam quae extra; ut ultra interiorem membranam procedat. Per hanc effundendus humor est: atque ubi major pars ejus evocata est, claudenda demisso linteolo fistula est; et in vulnere, si id ustum non est, relinquenda. Deinde per insequentes dies circa singulas heminas emittendum, donec nullum aquae vestigium appareat. Quidam tamen etiam non usta cute, protinus fistulam recipiunt, et super vulnus spongiam ***[1]) expressam deligant: deinde postero die rursus fistulam demittunt, quod recens vulnus paulum diductum patitur, ut, si quid humoris superest, emittatur: idque bis ita fecisse contenti sunt.

---

1) Verba aliqua desunt. Forsan *ex aceto*. Vide proximo cap. 16; p. 294, l. 10: spongiam, aut succidam lanam ex aceto expressam. Paulus habet *l. l.* (p. 220 ed. Briau): *μότον στρεπτάριον*.

CAPUT XVI.

De ventre ictu perforato, et intestinis vulneratis.

Nonnumquam autem venter ictu aliquo perforatur; sequiturque, ut intestina evolvantur (P. Aeg. VI, 52). Quod ubi incidit, protinus considerandum est, an integra ea sint; deinde, an iis color suus maneat. Si tenuius intestinum perforatum est, nihil profici posse, jam retuli. Latius intestinum sui potest: non quod certa fiducia sit; sed quod dubia spes certa desperatione sit potior; interdum enim glutinatur. Tum si utrumlibet intestinum lividum, aut pallidum, aut nigrum est, quibus illud quoque necessario accedit, ut sensu careat, medicina omnis inanis est. Si vero adhuc ea sui coloris sunt, cum magna festinatione succurrendum est: momento enim alienantur externo et insueto spiritu circumdata. Resupinandus autem homo est, coxis erectioribus; et, si angustius vulnus est, quam ut intestina commode refundantur, incidendum est, donec satis pateat: ac, si jam sicciora intestina sunt, perluenda aqua sunt, cui paulum admodum olei sit adjectum. Tum minister oras vulneris leniter diducere manibus suis, vel etiam duobus hamis interiori membranae injectis, debet: medicus priora semper intestina, quae posteriora prolapsa sunt, condere sic, ut orbium singulorum locum servet. Repositis omnibus, leniter homo concutiendus est: quo fit ut per se singula intestina in suas sedes deducantur, et in his considant. His conditis, omentum quoque considerandum est: ex quo, si quid jam nigri et emortui est, forfice excidi debet: si integrum est, leniter super intestina deduci. Sutura autem neque summae cutis, neque interioris membranae per se satis proficit; sed utriusque: et quidem duobus linis injicienda est, spissior quam alibi; quia et rumpi facilius motu ventris potest, et non aeque magnis inflammationibus pars ea exposita est. Igitur in duas acus fila conjicienda, eaeque duabus manibus tenendae; et prius interiori membranae sutura injicienda est sic, ut sinistra manus in dexteriore ora, dextra in sinisteriore a principio vulneris orsa, ab interiore parte in exteriorem acum immittat: quo fit, ut ab intestinis ea pars semper acuum sit, quae retusa est. Se-

mel utraque parte trajecta, permutandae acus inter manus sunt, ut ea sit in dextra, quae fuit in sinistra, ea veniat in sinistram, quam dextra continuit: iterumque eodem modo per oras immittendae sunt: atque ita tertio et quarto, deincepsque permutatis inter manus acubus plaga includenda. Post haec, eadem fila, eaedemque acus ad cutem transferendae, similique ratione ei quoque parti sutura injicienda; semper ab interiore parte acubus venientibus, semper inter manus trajectis: dein glutinantia injicienda. Quibus aut spongiam, aut succidam lanam ex aceto expressam accedere debere manifestius est, quam ut semper dicendum sit. Impositis his leniter deligari venter debet.

CAPUT XVII.

De interiore membrana abdominis rupta.

1. Interdum autem vel ex ictu aliquo, vel retento diutius spiritu, vel sub gravi fasce, interior abdominis membrana, superiore cute integra, rumpitur. Quod feminis quoque ex utero saepe evenire consuevit: fitque praecipue circa ilia. Sequitur autem, quum superior caro mollis sit, ut non satis intestina contineat, hisque intenta cutis indecora intumescat. Atque id quoque aliter ab aliis curatur. Quidam enim per acum duobus linis ad imam basim immissis sic utrimque devinciunt, quemadmodum et in umbilico, et in uva positum est, ut, quidquid super vinculum est, emoriatur. Quidam medium tumorem excidunt ad similitudinem murtacei folii; quod semper eodem modo servandum esse jam posui; et tum oras sutura jungunt. Commodissimum est autem, resupinato corpore, experiri manu, qua parte is tumor maxime cedat, quia necesse est, ea parte rupta membrana sit; quaque integra est, ea magis obnitatur: tum, qua rupta videbitur, immittendae scalpello duae lineae sunt, ut, exciso medio, interior membrana utrimque recentem plagam habeat; quia, quod vetus est, sutura non coit. Loco patefacto, si qua parte membrana non novam plagam, sed veterem habet, tenuis excidenda habena est, quae tantum oras ejus exulceret.

Cetera, quae ad suturam reliquamque curationem pertinent, supra (cap. 16) comprehensa sunt.

2. Praeter haec evenit, ut in quorumdam ventribus varices sint, quarum quia nulla alia curatio est, quam quae in cruribus esse consuevit, tum eam partem explanaturus, hanc quoque eo differo (cap. 31).

CAPUT XVIII.

De testiculorum morbis.

Venio autem ad ea, quae naturalibus partibus circa testiculos oriri solent: quae quo facilius explicem, prius ipsius loci natura paucis proponenda est. Igitur testiculi simile quiddam medullis habent: nam sanguinem non emittunt, et omni sensu carent: dolent autem in ictibus et inflammationibus tunicae, quibus ii continentur. Dependent vero ab inguinibus per singulos nervos, quos *κρεμαστῆρας* Graeci nominant: cum quorum utroque binae descendunt et venae et arteriae. Haec autem tunica conteguntur tenui, nervosa, sine sanguine, alba, quae *ἐλυτροειδής* a Graecis nominatur. Super eam valentior tunica est, quae interiori vehementer ima parte inhaeret: *δαρτόν* Graeci vocant. Multae deinde membranulae venas et arterias, eosque nervos comprehendunt; atque inter duas quoque tunicas superioribus partibus leves parvulaeque sunt. Hactenus propria utrique testiculo et velamenta et auxilia sunt. Communis deinde utrique, omnibusque interioribus sinus est, qui jam conspicitur a nobis: *ὄσχεον* Graeci, scrotum nostri vocant. Isque ab ima parte mediis tunicis leviter innexus, a superiore tantum circumdatus est. Sub hoc igitur plura vitia esse consuerunt; quae modo ruptis tunicis, quas ab inguinibus incipere proposui, modo his integris fiunt. Siquidem interdum vel ex morbo primum inflammatur, deinde postea pondere abrumpitur; vel ex ictu aliquo protinus rumpitur tunica, quae diducere ab inferioribus partibus intestina debuit: tum pondere eo devolvitur aut omentum, aut etiam intestinum: idque ibi reperta via, paulatim ab inguinibus in inferiores quoque partes nisum, subinde nervosas tunicas, et ob id ejus rei patientes, diducit. *Ἐντεροκήλην*, et *ἐπιπλοκήλην* Graeci vo-

cant: apud nos indecorum, sed commune his, herniae nomen est. Deinde si descendit omentum, numquam in scroto tumor tollitur, sive inedia fuit, sive corpus huc illucve conversum, aut alio quo modo collocatum est: itemque, si retentus est spiritus, non magnopere increscit, tactu vero inaequalis est et mollis et lubricus. At si intestinum quoque descendit, tumor is sine inflammatione modo minuitur, modo increscit; estque fere sine dolore, et quum conquiescit aliquis aut jacet, interdum ex toto desidit, interdum sic dividitur, ut in scroto exiguae reliquiae maneant: at clamore, et satietate, et si sub aliquo pondere is homo nisus est, crescit: frigore omni contrahitur, calore diffunditur; estque tum scrotum et rotundum, et tactu laeve: idque, quod subest, lubricum est; si pressum est, ad inguen revertitur; dimissumque, iterum cum quodam quasi murmure devolvitur. Et id quidem in levioribus malis evenit. Nonnumquam autem stercore accepto vastius tumet, retroque compelli non potest: adfertque tum dolorem et scroto et inguinibus et abdomini: nonnumquam stomachus quoque affectus primum rufam bilem per os reddit, deinde viridem, quibusdam etiam nigram. Integris vero membranis interdum eam partem humor distringit. Atque ejus quoque species duae sunt. Nam vel inter tunicas is increscit, vel in membranis quae ibi circa venas et arterias sunt, ubi eae gravatae occalluerunt. Ac ne ei quidem humori, qui inter tunicas est, una sedes est. Nam modo inter summam et mediam, modo inter mediam et imam consistit. Graeci communi nomine, quidquid est, *ὑδροκήλην* appellant: nostri, ut scilicet nullis discriminibus satis cognitis, haec quoque sub eodem nomine, quo priora, habent. Signa autem quaedam communia sunt, quaedam propria; communia, quibus humor deprehenditur; propria, quibus locus. Humorem subesse discimus, si tumor est, numquam ex toto se remittens, sed interdum levior aut propter famem, aut propter febriculam, maximeque in pueris: isque mollis est, si non nimius humor subest; at si is vehementer increvit, renititur sicut uter repletus et arcte adstrictus: venae quoque in scroto inflantur; et, si digito pressimus, cedit humor, circumfluensque id, quod non premitur, attollit, et

tamquam in vitro cornuve per scrotum apparet; isque, quantum in ipso est, sine dolore est. Sedes autem ejus sic deprehenditur. Si inter summam mediamque tunicam est, quum digitis duobus pressimus, paulatim humor inter eos revertens subit: scrotum albidius est; si ducitur, aut nihil, aut parvulum intenditur: testiculus ea parte neque visu, neque tactu sentitur. At si sub media tunica est, intentum scrotum magis se attollit, adeo ut superior coles sub tumore eo delitescat.

Praeter haec aeque integris tunicis ramex innascitur: *κιρσοκήλην* Graeci appellant (P. Aeg. 64, 63, 66). Venae intumescunt; eaeque intortae, conglomerataeque a superiore parte vel ipsum scrotum implent, vel mediam tunicam, vel imam: interdum etiam sub ima tunica, circa ipsum testiculum nervumque ejus, increscunt. Ex his eae, quae in ipso scroto sunt, oculis patent: eae vero, quae mediae imaeve tunicae insidunt, ut magis conditae, non aeque quidem cernuntur, sed tamen etiam visui subjectae sunt: praeterquam quod et tumoris aliquid est, pro venarum magnitudine ac modo, et id prementi magis renititur, ac per ipsos venarum toros inaequale est; et, qua parte id est, testiculus magis justo dependet. Quum vero etiam super ipsum testiculum nervumque ejus id malum increvit, aliquanto longius testiculus ipse descendit, minorque altero fit utpote alimento amisso. Raro, sed aliquando caro quoque inter tunicas increscit: *σαρκοκήλην* Graeci vocant. Interdum etiam ex inflammatione tumet ipse testiculus, ac febres quoque affert; et, nisi celeriter ea inflammatio conquievit, dolor ad inguina atque ilia pervenit, partesque eae intumescunt; nervus ex quo testiculus dependet plenior fit, simulque indurescit. Super haec inguen quoque nonnumquam ramice impletur: *βουβωνοκήλην* appellant.

CAPUT XIX.

De testiculorum curationibus, et primo de incisione, et curatione inguinis vel scroti.

His cognitis, de curatione dicendum est: in qua quaedam communia omnium sunt, quaedam propria singulorum.

Prius de communibus dicam. Loquar antem nunc de iis, quae scalpellum desiderant: nam quae vel sanari non possint, vel aliter nutriri debeant, dicendum erit, simul ad species singulas venero. Inciditur autem interdum inguen, interdum scrotum. In utraque curatione homo ante triduum bibere aquam; pridie abstinere etiam a cibo debet, ipso autem die collocari supinus; deinde, si inguen incidendum est, idque jam pube contegitur, ante radendum est; et tum, extento scroto, ut cutis inguinis intenta sit, id incidendum sub imo ventre, qua cum abdomine tunicae inferiores committuntur. Aperiendum autem audacter est, donec summa tunica, quae ipsius scroti est, incidatur, perveniaturque ad eam, quae media est. Plaga facta, foramen deorsum versus subest. In id demittendus est sinistrae manus digitus index, ut diductis intervenientibus membranulis, sinum laxet. Minister autem, sinistra manu comprehenso scroto, sursum versus id debet extendere, et quam maxime ab inguinibus abducere; primum cum ipso testiculo, dum medicus omnes membranulas, quae super mediam tunicam sunt, si digito diducere non potest, scalpello abscindat: deinde sine eo, ut is delapsus ipsi plagae jungatur, digitoque inde promatur, et super ventrem cum duabus suis tunicis collocetur. Inde, si qua vitiosa sunt, circumcidenda sunt. In quibus quum multae venae discurrant, tenuiores quidem praecidi protinus possunt: majores vero ante longiore lino deligandae sunt, ne periculose sanguinem fundant. Sin media tunica vexata erit, aut sub ea malum increverit, excidenda erit sic, ut alte ad ipsum inguen praecidatur. Infra tamen non tota demenda est: nam quod ad basim testiculi vehementer cum ima tunica connexum est, excidi sine summo periculo non potest: itaque ibi relinquendum est. Idem in ima quoque tunica, si laesa est, faciendum est. Sed non a summa inguinis plaga, verum infra paulum ea abscindenda, ne laesa abdominis membrana inflammationes moveat. Neque tamen nimium ex ea sursum relinquendum est, ne postea sinuetur, et sedem eidem malo praestet. Purgatus ita testiculus per ipsam plagam cum venis et arteriis et nervo suo leniter demittendus est; videndumque ne sanguis in scrotum descendat, neve concretus

aliquo loco maneat. Quae ita fient, si venis vinciendo medicus prospexerit. Lina, quibus capita earum continebuntur, extra plagam dependere debebunt: quae, pure orto, sine ullo dolore excident. Ipsi autem plagae injiciendae duae fibulae sunt; et insuper medicamentum, quo glutinetur. Solet autem interdum ab altera ora necessarium esse aliquid excidi, ut cicatrix major et latior fiat. Quod ubi incidit, linamenta super non fulcienda, sed leviter tantum imponenda sunt; supraque ea, quae inflammationem repellant, id est ex aceto vel lana succida, vel spongia: cetera eadem, quae, ubi pus moveri debet, adhibenda sunt. At quum infra incidi oportet, resupinato homine, subjicienda sub scroto sinistra manus est; deinde id vehementer apprehendendum, et incidendum; si parvulum est quod nocet, modice, ut tertia pars integra, ad sustinendum testiculum, infra relinquatur: si majus est, etiam amplius, ut paulum tantummodo ad imum, cui testiculus insidere possit, integrum maneat. Sed primo rectus scalpellus quam levissima manu teneri debet, donec scrotum ipsum diducat: tum inclinandus mucro est, ut transversas membranas secet, quae inter summam mediamque tunicam sunt. Ac, si vitium in proximo est, mediam tunicam attingi non oportet: si sub illa quoque conditur, etiam illa incidenda est; sicut tertia quoque, si illa vitium tegit. Ubicumque autem repertum malum est, ministrum ab inferiore parte exprimere moderate scrotum oportet: medicum, digito manubriolove scalpelli diductam inferiore parte tunicam extra collocare; deinde eam ferramento, quod a similitudine corvum vocant, incidere sic ut intrare duo digiti, index et medius, possint: his deinde conjectis, excipienda reliqua pars tunicae et inter digitos scalpellus immittendus est, eximendumque aut effundendum quidquid est noxium. Quamcumque autem tunicam quis violavit, illam quoque debet excidere; ac mediam quidem, ut supra dixi, quam altissime ad inguen; imam autem, paulo infra. Ceterum antequam excidantur, venae quoque vinciri lino summae debent; et ejus lini capita extra plagam relinquenda sunt, sicut in aliis que venis, quae id requisierint. Eo facto, testiculus reponendus est: oraeque scroti suturis inter se con

dae, neque paucis, ne parum glutinentur, et longior fiat curatio; neque multis, ne inflammationem augeant. Atque hic quoque videndum est, ne quid in scroto sanguinis maneat: tum imponenda glutinantia sunt. Si quando autem in scrotum sanguis defluxit, aliquidve concretum ex eo decidit, incidi subter id debet; purgatoque eo, spongia acri aceto madens, circumdari. Deligatum autem vulnus omne quod ex his causis factum est, si dolor nullus est, quinque primis diebus non est resolvendum, sed bis die tantum aceto irroranda lana, vel spongia: si dolor est, tertio die resolvendum; et, ubi fibulae sunt, hae incidendae; ubi linamentum, id mutandum est; rosaque et vino madefaciendum id, quod imponitur. Si inflammatio increscit, adjiciendum prioribus cataplasma ex lenticula et melle; vel ex malicorio, quod in austero vino coctum sit; vel ex his mixtis. Si sub his inflammatio non conquieverit, post diem quintum multa calida aqua vulnus fovendum, donec scrotum ipsum et extenuetur, et rugosius fiat: tum imponendum cataplasma ex triticea farina, cui resina pinea adjecta sit: quae ipsa, si robustus curatur, ex aceto; si tener, ex melle coquenda sunt. Neque dubium est, quodcumque vitium fuit, si magna inflammatio est, quin ea, quae pus movent, imponenda sint. Quod si pus in ipso scroto ortum est, paulum id incidi debet, ut exitus detur; linamentumque eatenus imponendum est, ut foramen tegat. Inflammatione finita, propter nervos priore cataplasmate, dein cerato utendum est. Haec proprie ad ejusmodi vulnera pertinent: cetera et in curatione, et in victu, similia iis esse debent, quae in alio quoque vulnerum genere praecepimus.

CAPUT XX.

De intestini in scrotum devoluti curatione.

His propositis ad singulas species veniendum est. Ac si cui parvulo puero intestinum descendit, ante scalpellum experienda vinctura est. Fascia ejus rei causa fit, cui imo loco pila assuta est ex panniculis facta, quae ad repellendum intestinum ipsi illi subjicitur: deinde reliqua fasciae pars arcte circumdatur. Sub quo saepe et intus compellitur intestinum,

et inter se tunicae glutinantur. Rursus, si aetas processit, multumque intestini descendisse ex tumore magno patet, adjiciunturque dolor et vomitus; quae ex stercore, ex cruditate eo delapso, fere accidunt, scalpellum adhiberi sine pernicie non posse manifestum est: levandum tantummodo malum, et per alias curationes extrahendum est. Sanguis mitti ex brachio debet: deinde, si vires patiuntur, imperanda tridui abstinentia est; si minus, certe pro vi corporis quam longissima. Eodem vero tempore superhabendum cataplasma ex lini semine, quod ante aliquis ex mulso decoxerit. Post haec, et farina hordeacea cum resina injicienda; et is demittendus in solium aquae calidae, cui oleum quoque adjectum sit; dandumque aliquid cibi levis, calidi. Quidam etiam alvum ducunt. Id deducere aliquid in scrotum potest, educere ex eo non potest. Per ea vero, quae supra scripta sunt, levato malo, si quando alias dolor reverterit, eadem erunt facienda. Sine dolore quoque si multa intestina prolapsa sunt, secari supervacuum est: non quo excludi a scroto non possint; nisi tamen id inflammatio prohibuit; sed quod repulsa inguinibus immorentur, ibique tumorem excitent, atque ita fiat mali non finis, sed mutatio. At in eo, quem scalpello curari oportebit, simul atque ad mediam tunicam vulnus in inguine factum pervenerit, duobus hamulis ea juxta ipsas oras apprehendi debebit, dum diductis omnibus membranulis medicus eam liberet. Neque enim cum periculo laeditur, quae excidenda est; quum intestinum esse nisi sub ea non possit. Ubi diducta autem erit, ab inguine usque ad testiculum incidi debebit sic, ne is ipse laedatur; tum excidi. Fere tamen hanc curationem puerilis aetas, et modicum malum recipit. Si vir robustus est, majusque id vitium est, extrahi testiculus non debet, sed in sua sede permanere. Id hoc modo fit. Inguen eadem ratione usque ad mediam tunicam scalpello aperitur; eaque tunica eodem modo duobus hamis excipitur sic, ut a ministro testiculus eatenus contineatur, ne per vulnus exeat: tum ea tunica deorsum versus scalpello inciditur; sub eaque index digitus sinistrae manus ad imum testiculum demittitur, eumque ad plagam compellit: dextrae manus duo digiti, pollex atque index, venas

teriam et nervum tunicamque eorum a superiore tunica diducunt. Quod si aliquae membranulae prohibent, scalpello resolvuntur, donec ante oculos tota jam tunica sit. Excisis, quae excidenda sunt, repositoque testiculo, ab ora quoque ejus vulneris, quod in inguine est, demenda habenula paulo latior est, quo major plaga sit, et plus creare carnis possit.

CAPUT XXI.

De omenti in scrotum prolapsi curatione.

1. At si omentum descendit, eodem quidem modo, quo supra scriptum est (cap. 19, 20), aperiendum inguen, diducendaeque tunicae sunt: considerandum autem est, majorne is modus, an exiguus sit. Nam quod parvulum est, super inguen in uterum vel digito vel averso specillo repellendum est: si plus est, sinere oportet dependere quantum ex utero prolapsum est; idque adurentibus medicamentis illinere, donec emoriatur et excidat. Quidam hic quoque duo lina acu trajiciunt, binisque singulorum capitibus diversas partes adstringunt; sub quo aeque, sed tardius emoritur. Adjicitur tamen hic quoque celeritati, si omentum super vinculum illinitur medicamentis, quae sic exedunt, ne erodant: σηπτά Graeci vocant. Fuerunt etiam qui omentum forfice praeciderent: quod in parvulo non est necessarium; si majus est, potest profusionem sanguinis facere; siquidem omentum quoque venis quibusdam, etiam majoribus illigatum est. Neque vero, si discisso ventre id prolapsum forfice praeciditur, quum et emortuum sit, et aliter tutius avelli non possit, inde huc exemplum transferendum est. Vulnus autem curari, si relictum omentum est, sutura debet: si id amplius fuit, et extra emortuum est, excisis oris, sicut supra propositum est.

2. Si vero humor intus est, incidendum est, in pueris quidem, inguen; nisi in his quoque id liquoris ejus major modus prohibet: in viris vero, et ubicumque multus humor subest, scrotum. Deinde, si inguen incisum est, eo protractis tunicis, humor effundi debet: si scrotum, et sub hoc protinus vitium est, nihil aliud quam humor effundendus, abscindendaeque membranae sunt, si quae eum continuerunt;

deinde eluendum id ex aqua, quae vel salem adjectum, vel nitrum habeat: si sub media, imave tunica, totae eae extra scrotum collocandae excidendaeque sunt.

CAPUT XXII.

De ramicis curatione.

Ramex (cf. cap. 18, fine — P. Aeg. VI, 64) autem, si super ipsum scrotum est, adurendus est tenuibus et acutis ferramentis, quae ipsis venis infigantur; cum eo, ne amplius quam has urant; maximeque ubi inter se implicatae glomerantur, eo ferrum id admovendum est; tum super farina ex aqua frigida subacta injicienda est; utendumque eo vinculo, quod idoneum esse ani curationibus posui: tertio die lenticula cum melle imponenda est: post, ejectis crustis, ulcera melle purganda, rosa implenda, ad cicatricem aridis linamentis perducenda sunt. Quibus vero super mediam tunicam venae tument, incidendum inguen est, atque tunica promenda, ab eaque venae digito vel manubriolo scalpelli separandae. Qua vero inhaerebunt, et ab superiore et ab inferiore parte lino vinciendae; tum sub ipsis vinculis praecidendae, reponendusque testiculus est. At ubi supra tertiam tunicam ramex insedit, mediam excidi necesse est. Deinde, si duae tresve venae tument, et ita pars aliqua obsidetur, ut major eo vitio vacet, idem faciendum, quod supra scriptum est (cf. cap. 18, in fine); ut et ab inguine, et a testiculo deligatae venae praecidantur, isque condatur. Sin totum id ramex obsederit, per plagam demittendus digitus index erit, subjiciendusque venis sic, ut paulatim eas protrahat; eaeque adducendae, donec is testiculus par alteri fiat: tum fibulae oris sic injiciendae, ut simul eas quoque venas comprehendant. Id hoc modo fit. Acus ab exteriore parte oram vulneris perforat: tum non per ipsam venam, sed per membranam ejus immittitur, per eamque in alteram oram compellitur. Vena vulnerari non debet, ne sanguinem fundat. Membrana semper inter has venas est, ac neque periculum affert, et filo comprehensa illas abunde tenet. It etiam satis est duas fibulas esse. Tum venae, quaec

protractae sunt, in ipsum inguen averso specillo compelli debent. Solvendi fibulas tempus, inflammatione finita, et purgato vulnere est; ut una simul et oras et venas cicatrix devinciat. Ubi vero inter imam tunicam et ipsum testiculum nervumque ejus ramex ortus est, una curatio est, quae totum testiculum abscindit. Nam neque ad generationem quidquam is confert, et omnibus indecore, quibusdam etiam cum dolore dependet. Sed tum quoque inguen incidendum; media tunica promenda, atque excidenda est; idem in ima faciendum; nervusque, ex quo testiculus dependet, praecidendus: post id venae et arteriae ad inguen lino deligandae, et infra vinculum abscindendae sunt.

CAPUT XXIII.

De carne quae inter tunicas testiculorum increvit, et de nervo indurato.

Caro quoque, si quando inter tunicas increvit, nihil dubii est, quin eximenda sit: sed id, ipso scroto inciso, fieri commodius est. At si nervus induruit, curari res neque manu, neque medicamento potest. Urgent enim febres ardentes, et aut virides, aut nigri vomitus; praeter haec, ingens sitis, et linguae aspritudo; fereque a die tertio spumans bilis alvo cum rosione redditur: ac neque assumi facile cibus, neque contineri potest: neque multo post extremae partes frigescunt, tremor oritur, manus sine ratione extenduntur; deinde in fronte frigidus sudor, eumque mors sequitur.

CAPUT XXIV.

De ramice inguinis.

Ubi vero in ipso inguine ramex est, si tumor modicus est, semel incidi; si major, duabus lineis debet, ut medium excidatur: deinde, non extracto testiculo, sicut intestinis quoque prolapsis interdum fieri docui, colligendae venae vinciendaeque, ubi tunicis inhaerebunt, et sub his nodis praecidendae sunt. Neque quidquam novi curatio vulneris ejus requirit.

CAPUT XXV.

Ad tegendam glandem colis, si nuda est.

1. **Ab his ad ea transeundum est, quae in cole ipso fiunt.** In quo si glans nuda est (P. Aeg. VI, 53), vultque aliquis eam decoris causa tegere, fieri potest: sed expeditius in puero, quam in viro; in eo, cui id naturale est, quam in eo, qui quarumdam gentium more circumcisus est; in eo, cui glans parva juxtaque eam cutis spatiosior, brevis ipse coles est, quam in quo contraria his sunt. Curatio autem eorum, quibus id naturale est, ejusmodi est. Cutis circa glandem prehenditur et extenditur, donec illam ipsam condat; ibique deligatur: deinde, juxta pubem, in orbem tergus inciditur, donec coles nudetur; magnaque cura cavetur, ne vel urinae iter, vel venae, quae ibi sunt, incidantur. Eo facto, cutis ad vinculum inclinatur, nudaturque circa pubem velut circulus; eoque linamenta dantur, ut caro increscat, et id impleat, satisque velamenti supra latitudo plagae praestet. Sed, donec cicatrix sit, vinctum esse id debet, in medio tantum relicto exiguo urinae itinere. At in eo, qui circumcisus est, sub circulo glandis scalpello diducenda cutis ab interiore cole est. Non ita dolet, quia, summo soluto, diduci deorsum usque ad pubem manu potest; neque ideo sanguis profluit. Resoluta autem cutis rursus extenditur ultra glandem: tum multa frigida aqua fovetur; emplastrumque circa datur, quod valenter inflammationem reprimat; proximisque diebus.... [1]) et prope a fame victus est, ne forte eam partem satietas excitet. Ubi jam sine inflammatione est, deligari debet a pube usque circulum: super glandem autem, adverso emplastro imposito, induci. Sic enim fit, ut inferior pars glutinetur; superior ita sanescat, ne inhaereat.

2. Contra, si glans ita contecta est, ut nudari non pos-

1) Veteres libri habent *proximisque diebus, ut prope a fame victus est.* Sed evidens est, post verba *proximisque diebus* aliqua deesse. Palavicinus legit *proximisque diebus ut prope a fame victus est, abstineat.* Lindenius vero ita supplet, *proximisque diebus abstinere, donec prope a fame victus sit.* Haec quidem videtur esse Celsi sententia; sed constructio laborat, nisi nova adhibita licentia, ve *nere* additur *debet.*

sit, quod vitium Graeci φίμωσιν appellant, aperienda est; quod hoc modo fit (P. Aeg. VI, 55): subter a summa ora, cutis inciditur recta linea usque ad frenum; atque ita superius tergus relaxatum, cedere retro potest. Quod si parum sic profectum est, aut propter angustias, aut propter duritiem tergoris, protinus triangula forma cutis ab inferiore parte excidenda est sic, ut vertex ejus ad frenum, basis in tergo extremo sit. Tum superdanda linamenta sunt, aliaque medicamenta quae ad sanitatem perducant. Necessarium autem est, donec cicatrix sit, conquiescere: nam ambulatio atterendo ulcus sordidum reddit.

Infibulare quoque adolescentulos interdum vocis, interdum valetudinis causa, quidam consuerunt: ejusque haec ratio est. Cutis, quae super glandem est, extenditur, notaturque utrimque a lateribus atramento, qua perforetur; deinde remittitur. Si super glandem notae revertuntur, nimis apprehensum est, et ultra notari debet: si glans ab his libera est, is locus idoneus fibulae est. Tum, qua notae sunt, cutis acu filum ducente transsuitur, ejusque fili capita inter se deligantur, quotidieque id movetur, donec circa foramina cicatriculae fiant. Ubi eae confirmatae sunt, exemto filo fibula additur, quae quo levior, eo melior est. Sed hoc quidem saepius inter supervacua, quam inter necessaria est.

CAPUT XXVI.

De mingendi difficultate, et curatione.

1. Res vero interdum cogit emoliri manu urinam, quum illa non redditur, aut quia senectute iter ejus collapsum est, aut quia calculus, vel concretum aliquid ex sanguine intus se opposuit: ac mediocris quoque inflammatio saepe eam reddi naturaliter prohibet (P. Aeg. VI, 60). Idque non in viris tantummodo, sed in feminis quoque interdum necessarium est. Ergo aeneae fistulae fiunt; quae, ut omni corpori ampliori minorique sufficiant, ad mares tres; ad feminas duae medico habendae sunt: ex virilibus maxima decem et quinque digitorum; media duodecim; minima novem: ex muliebribus major novem; minor sex. Incurvas vero esse eas

paulum, sed magis viriles oportet, laevesque admodum; ac neque nimis plenas, neque nimis tenues. Homo tum resupinus, super subsellium aut lectum collocandus est. Medicus autem a dextro latere sinistra quidem manu colem masculi continere, dextra vero fistulam demittere in iter urinae debet: atque ubi ad cervicem vesicae ventum est, simul cum cole fistulam inclinatam in ipsam vesicam compellere, eamque, urina reddita, recipere. Femina brevius urinae iter, simul et rectius habet; quod mammulae simile, inter imas oras super naturale positum, non minus saepe auxilio eget, aliquanto minus difficultatis exigit Nonnumquam etiam prolapsus in ipsam fistulam calculus, quia subinde ea extenuatur, non longe ab exitu inhaerescit. Eum, si fieri potest, oportet evellere vel oriculario specillo, vel eo ferramento, quo in sectione calculus protrahitur. Si id fieri non potuit, cutis extrema quam plurimum attrahenda, et, condita glande, lino vincienda est: deinde a latere recta plaga coles incidendus, et calculus eximendus est: tum cutis remittenda. Sic enim fit, ut incisum colem integra pars cutis contegat, et urina naturaliter profluat.

2. Quum vesicae vero calculique facta mentio sit; locus ipse exigere videtur, ut subjiciam quae curatio calculosis, quum aliter succurri non potest, adhibeatur (P. Aeg. VI, 60). Ad quam festinare, quum praeceps sit, nullo modo convenit. Ac neque omni tempore, neque in omni aetate, neque in omni vitio id experiendum est: sed solo vere; in eo corpore, quod jam novem annos, nondum quatuordecim excessit; et si tantum mali subest, ut neque medicamentis vinci possit, neque jam trahi posse videatur, quominus interposito aliquo spatio interimat. Non quo non interdum etiam temeraria medicina proficiat; sed quo saepius utique in hoc fallat, in quo plura et genera et tempora periculi sunt. Quae simul cum ipsa curatione proponam. Igitur, ubi ultima experiri statutum est, ante aliquot diebus victu corpus praeparandum est: ut modicos, ut salubres cibos, ut minime glutinosos assumat, ut aquam bibat. Ambulandi vero inter haec exercitatione utatur, quo magis calculus ad vesicae cervicem descendat. Quod an inciderit, digitis quoque, si

tione docebo, demissis cognoscitur. Ubi ejus rei fides est, pridie is puer in jejunio continendus est; et tum loco calido curatio adhibenda, quae hoc modo ordinatur. Homo praevalens et peritus in sedili alto considit, supinumque eum et aversum, super genua sua coxis ejus collocatis, comprehendit; reductisque ejus cruribus, ipsum quoque jubet, manibus ad suos poplites datis, eos, quam maxime possit, attrahere; simulque ipse sic eos continet. Quod si robustius corpus ejus est, *qui curatur*, duobus sedilibus junctis, duo valentes insidunt; quorum et sedilia et interiora crura inter se deligantur, ne diduci possint: tum is super duorum genua eodem modo collocatur; atque alter, prout consedit, sinistrum crus ejus, alter dextrum, simulque ipse poplites suos attrahit. Sive autem unus, sive duo continent, super humeros ejus suis pectoribus incumbunt. Ex quibus evenit, ut inter ilia sinus super pubem sine ullis rugis sit extentus, et, in angustum compulsa vesica, facilius calculus capi possit. Praeter haec, etiamnum a lateribus duo valentes objiciuntur, qui circumstantes labare vel unum vel duos, qui puerum continent, non sinunt. Medicus deinde, diligenter unguibus circumcisis, unctaque sinistra manu [1]), duos ejus digitos, indicem et medium, leniter prius unum, deinde alterum in anum ejus demittit; dextraeque digitos super imum abdomen leniter imponit; ne si utrimque digiti circa calculum vehementer concurrerint, vesicam laedant. Neque vero festinanter in hac re, ut in plerisque, agendum est; sed ita, ut quam maxime id tuto fiat: nam laesa vesica nervorum distentiones cum periculo mortis excitat. Ac primum circa cervicem quaeritur calculus: ubi repertus, minore negotio expellitur. Et ideo dixi, ne curandum quidem, nisi quum hoc indiciis suis cognitum est. Si vero aut ubi non fuit, aut recessit retro, digiti ad ultimam vesicam dantur; paulatimque dextra quoque ma-

Ac quibus in pueritia exciderunt, neque repositi sunt, minus quam ceteri crescunt. Omniumque, quae loco suo non sunt, caro emacrescit, magisque in proximo membro, quam in ulteriore: ut, puta, si humerus loco suo non est, major in eo ipso fit, quam in brachio; major in hoc, quam in manu, macies. Tum pro sedibus, et pro casibus, qui inciderunt, aut major aut minor usus ejus membri relinquitur: quoque in eo plus usus superest, eo minus id extenuatur. Quidquid autem loco suo motum est, ante inflammationem reponendum est. Si illa occupavit, dum conquiescat, non lacessendum est: ubi finita est, tentandum est in iis membris, quae id patiuntur. Multum autem eo confert et corporis et nervorum habitus; nam, si corpus tenue, si humidum est, si nervi infirmi, expeditius os reponitur: sed et primo facilius excidit, et postea minus fideliter continetur. Quae contraria his sunt, melius continent: sed id, quod expulsum est, difficulter admittunt. Oportet autem ipsam inflammationem levare, super succida lana ex aceto imposita: a cibo, si valentioris articuli casus est, triduo: interdum etiam quinque diebus abstinere: bibere aquam calidam, dum sitim finiat: curiosiusque haec facere, iis ossibus motis, quae validis plenisque musculis continentur: si vero etiam febris accessit, multo magis; deinde ex die quinto fovere aqua calida, remotaque lana, ceratum imponere ex cyprino factum, nitro quoque adjecto, donec omnis inflammatio finiatur; tunc frictionem ei membro adhibere; cibis uti bonis; vino modice: jamque ad usus quoque suos id membrum promovere; quia motus, ut in dolore pestifer, sic alias saluberrimus corpori est. Haec communia sunt; nunc de singulis dicam.

CAPUT XII.

De maxilla luxata.

Maxilla in priorem partem propellitur; sed modo altera parte, modo utraque. Si altera, in contrariam partem ipsa mentumque inclinatur: dentes paribus non respondent; sed sub iis, qui secant, canini sunt (cf. Hipp. *De artic.* §
At si utraque, totum mentum in exteriorem partem pr

vetur; inferioresque dentes longius quam superiores excedunt; intentique super musculi apparent. Primo quoque tempore homo in sedili collocandus est sic, ut minister a posteriore parte caput ejus contineat, vel sic, ut juxta parietem is sedeat, subjecto inter parietem et caput ejus scorteo pulvino duro; eoque caput per ministrum urgeatur, quo sit immobilius: tum digiti pollices linteolis vel fasciis, ne delabantur, involuti in os ejus conjiciendi, ceteri extrinsecus admovendi sunt. Ubi vehementer maxilla apprehensa est, si una parte procidit, concutiendum mentum, et ad guttur adducendum est: tum simul et caput apprehendendum, et, excitato mento, maxilla in suam sedem compellenda, et os ejus comprimendum est sic, ut omnia paene uno momento fiant. Sin utraque parte prolapsa est, eadem omnia facienda; sed aequaliter retro maxilla agenda est. Reposito osse, si cum dolore oculorum et cervicis iste casus incidit, ex brachio sanguis mittendus est. Quum omnibus vero, quorum ossa mota sunt, primo liquidior cibus conveniat, tum his praecipue: adeo ut sermo quoque frequens, motu oris per nervos, laedat.

CAPUT XIII.

De capite luxato.

Caput duobus processibus in duos sinus summae vertebrae demissis super cervicem contineri, in prima parte proposui (cap. 1). Hi processus interdum in posteriorem partem excidunt: quo fit, ut nervi sub occipitio extendantur, mentum pectori agglutinetur, neque bibere is, neque loqui possit, interdum sine voluntate semen emittat: quibus celerrime mors supervenit. Ponendum autem hoc esse credidi, non quo curatio ejus rei ulla sit; sed ut res indiciis cognosceretur, et non putarent sibi medicum defuisse, si qui sic aliquem perdidissent.

CAPUT XIV.

De spina luxata.

Idem casus manet eos, quorum in spina vertebrae exciderunt. Id enim non potest fieri, nisi et medulla, quae per

medium, et duabus membranulis, quae per duos a lateribus processus feruntur, et nervis, qui continent, ruptis. Excidunt autem et in posteriorem partem, et in priorem; et supra septum transversum, et infrà. In utram partem exciderint, a posteriore parte vel tumor, vel sinus oritur. Si super septum id incidit, manus resolvuntur, vomitus, aut distentio nervorum insequitur, spiritus difficulter movetur, dolor urget, et aures obtusae sunt. Si sub septo, femina resolvuntur, urina supprimitur, interdum etiam sine voluntate prorumpit. Ex ejusmodi casibus, ut tardius, quam ex capitis, sic tamen intra triduum homo moritur. Nam quod Hippocrates (*De artic.* § 47; T. IV p. 208) dixit, vertebra in exteriorem partem prolapsa, pronum hominem collocandum esse, et extendendum, tum calce aliquem super ipsum os debere consistere, et id intus impellere: in iis accipiendum est, quae paulum excesserunt; non in iis, quae totae loco motae sunt. Nonnumquam enim nervorum imbecillitas efficit, ut, quamvis non exciderit vertebra, paulum tamen aut in posteriorem, aut in priorem partem promineat. Id non jugulat: sed ab interiore parte ne contingi quidem potest: ab exteriore si propulsum est, plerumque iterum redit; nisi, quod admodum rarum est, vis nervis restituta est.

CAPUT XV.

De humero luxato.

Humerus autem modo in alam excidit, modo in partem priorem. Si in alam delapsus est, cubitus recedit ab latere; sursum juxta ejusdem partis aurem cum humero porrigi non potest; longiusque altero id brachium est. Si in priorem partem, summum quidem brachium extenditur, minus tamen quam naturaliter; difficiliusque in priorem partem, quam in posteriorem cubitus porrigitur. Igitur, si in alam humerus excidit, et vel puerile adhuc est corpus, vel molle certe, et imbecillis nervis intentum est, satis est collocare id in sedili; et ex duobus ministris alteri imperare, ut caput lati scapularum ossis leniter reducat [1]); alteri, ut brachium

1) Hipp. *l. l.* § 2: *ἐμβάλλων τὴν ἑωυτοῦ κεφαλὴν ἐς τὸ ὦμιον ἀντερείσιος ἕνεκα.* Quod verisimilius videtur.

extendat: ipsum posteriore parte residentem, manum sub alam ejus conjicere, simulque et illa os, et altera manu brachium ejus ad latus impellere. At si vastius corpus, nervive robustiores sunt, necessaria est spatha lignea, quae et crassitudinem duorum digitorum habet, et longitudine ab ala usque ad digitos pervenit: in qua summa capitulum est rotundum et leniter cavum, ut recipere particulam aliquam ex capite humeri possit. In ea bina foramina tribus locis sunt, inter se spatio distantibus; in quae lora mollia conjiciuntur. Eaque spatha, fascia involuta, quo minus tactu laedat, ad alam brachio dirigitur sic, ut caput ejus summae alae subjiciatur: deinde loris suis ad brachium deligatur; uno loco paulum infra humeri caput; altero paulum supra cubitum; tertio supra manum: cui rei protinus intervalla quoque foraminum aptata sunt. Sic brachium deligatum super scalae gallinariae gradum trajicitur ita alte, ut consistere homo ipse non possit; simulque in alteram partem corpus demittitur, in alteram brachium intenditur: eoque fit, ut capite ligni caput humeri impulsum in suam sedem, modo cum sono, modo sine hoc compellatur. Multas alias esse rationes scire facile est uno Hippocrate lecto; sed non alia magis usu comprobata est (*Ibid.* § 6—7). At si in partem priorem humerus excidit, supinus homo collocandus est; fasciaque, aut habena media alae circumdanda est, capitaque ejus post caput hominis ministro tradenda, brachium alteri; praecipiendumque, ut ille habenam, hic brachium extendat: deinde medicus caput quidem humeri sinistra debet repellere: dextra vero cubitum cum humero attollere, et os in suam sedem compellere: faciliusque id in hoc casu, quam in priore revertitur. Reposito humero, lana alae subjicienda est; si in interiore parte os fuit, ut ei opponatur; si in priore, ut tamen commodius deligetur. Tum fascia, primum sub ala obvoluta, caput ejus debet comprehendere, deinde per pectus ad alteram alam, ab eaque ad scapulas, rursusque ad ejusdem humeri caput tendere, saepiusque eadem ratione circumagi, donec bene id teneat. Vinctus, hac ratione humerus commodius continetur, si adductus ad latus, ad id quoque fascia deligatur.

CAPUT XVI.

De cubito luxato.

In cubito autem tria coire ossa, humeri, radii, et cubiti ipsius, ex iis, quae prima parte hujus voluminis posita sunt, intelligi potuit. Si cubitus, qui annexus humero est, ab hoc excidit, radius, qui adjunctus est, interdum trahitur, interdum subsistit. In omnes vero quatuor partes excidere cubitus potest (cf. Hipp. *De artic.* § 17 sqq.): sed, si in priorem prolapsus est, extentum brachium est, neque recurvatur: si in posteriorem, brachium curvum est, neque extenditur, breviusque altero est; interdum febrem, vomitumque bilis movet: si in exteriorem, interioremve, brachium porrectum est, sed paulum in eam partem, a qua os recessit, recurvatum. Quidquid incidit, reponendi ratio una est; neque in cubito tantum, sed in omnibus quoque membris longis, quae per articulum longa testa junguntur: utrumque membrum in diversas partes extendere, donec spatium inter ossa liberum sit; tum id os, quod excidit, ab ea parte, in quam prolapsum est, in contrariam impellere. Extendendi tamen alia atque alia genera sunt, prout aut nervi valent, aut ossa huc illucve se dederunt. Ac modo manibus solis utendum est, modo quaedam alia adhibenda. Ergo, si in priorem partem cubitus prolapsus est, extendi per duos manibus, interdum etiam habenis adjectis, satis est: deinde rotundum aliquid a lacerti parte ponendum est, et super id repente cubitus ad humerum impellendus est. At in aliis casibus commodissimum est eadem ratione brachium extendere, quae fracto humero supra posita est, et tum ossa reponere. Reliqua curatio eadem est, quae in omnibus. Celerius tantum, et saepius id resolvendum est; multo magis aqua calida fovendum; diutius ex oleo et nitro ac sale perfricandum. In cubito enim celerius, quam in ullo alio articulo, sive extra remansit, sive intus revertit, callus circumdatur; isque, si per quietem increvit, flexus illius postea prohibet.

que sic figurandum sit; ne postea suspensum aliter atque quum deligabatur, humerum inclinet (cf. Hipp. *De fract.* 8). Brachioque suspenso, ipse quoque humerus ad latus leniter deligandus est: per quae fit, ut minime moveatur: ideoque ossa sic se habeant, ut aliquis composuit. Quum ad ferulas ventum est, extrinsecus esse earum longissimae debent; a lacerto breviores: sub ala brevissimae: saepiusque eae resolvendae sunt, ubi in vicinia cubiti humerus fractus est; ne ibi nervi rigescant, et inutile brachium efficiant. Quoties solutae sunt, fractura manu continenda; cubitus aqua calida fovendus, et molli cerato perfricandus; ferulaeque vel omnino non imponendae contra eminentia cubiti, vel aliquanto breviores sunt.

3. At si brachium fractum est, in primis considerandum est, alterum os, an utrumque comminutum sit (*Ibid.* § 4): non quo alia in ejusmodi casu curatio sit admovenda; sed primum, ut valentius extendatur, si utrumque os fractum est; quia necesse est minus nervos contrahi altero osse integro, eosque intendente; deinde, ut curiosius omnia in continendis ossibus fiant, si neutrum alteri auxilio est. Nam, ubi alterum integrum est, plus opis in eo, quam in fasciis ferulisque est. Deligari autem brachium debet paulum pollice ad pectus inclinato; siquidem is maxime brachii naturalis habitus est: idque involutum mitella commodissime excipitur; quae latitudine ipsi brachio, perangustis capitibus collo injicitur: atque ita commode brachium ex cervice suspensum est. Idque paulum supra cubiti alterius regionem pendere oportet.

4. Quod si ex summo cubito quid fractum sit, glutinare id vinciendo alienum est: fit enim brachium immobile. At si nihil aliud quam dolori occursum est, idem, qui fuit, ejus usus est.

5. In crure aeque ad rem pertinet, alterum saltem os integrum manere. Commune vero ei femorique est, quod, ubi deligatum est, in canalem conjiciendum est. Is canalis et inferiore parte foramina habere debet, per quae, si quis humor excesserit, descendat: et a planta moram, quae simul et sustineat eam, et delabi non patiatur; et a lateribus cava, per quae loris datis, morae quaedam crus femurque, ut collocatum est, detineant. Esse etiam is debet a planta,

debent, qui vel in priorem, vel in posteriorem partem exciderunt; tum jam palma compelli; at id, quod in latus elapsum est, digitis restitui. Potest tamen conditus articulus medius, aut summus canaliculo aliquo contineri.

CAPUT XX.

De femore luxato.

Quum de his dixerim, de iis quoque, quae in cruribus sunt, videri possum dixisse: siquidem etiam in hoc casu quaedam similitudo est femori et humero, tibiae et cubito, pedi et manui. Quaedam tamen separatim quoque de his dicenda sunt. Femur in omnes quatuor partes promovetur: saepissime in interiorem; deinde in exteriorem; raro admodum in priorem, aut posteriorem. Si in interiorem partem prolapsum est, crus longius altero, et vatium est: extra enim pes ultimus spectat; si in exteriorem, brevius, varumque fit, pes intus inclinatur; calx in gressu terram non contingit, sed planta ima; meliusque id crus superius corpus, quam in priore casu, fert, minusque baculo eget; si in priorem, crus extensum est, complicarique non potest; alteri cruri ad calcem par est, sed ima planta minus in priorem partem inclinatur: dolorque in hoc casu praecipuus est, et maxime urina supprimitur. Ubi cum dolore inflammatio quievit, commode ingrediuntur, rectusque eorum pes est. Si in posteriorem, extendi non potest crus, breviusque est; ubi consistit, calx hic quoque terram non contingit. Magnum autem femori periculum est, ne vel difficulter reponatur, vel repositum rursus excidat. Quidam semper iterum excidere contendunt: sed Hippocrates (*De artic.* §. 70; Gal. *Comm. in h. loc.* T. XVIII[a] p. 731), et Diocles, et Philotimus, et Nileus, et Heraclides Tarentinus, clari admodum auctores, ex toto se restituisse memoriae prodiderunt. Neque tot genera machinamentorum quoque, ad extendendum in hoc casu femur, Hippocrates, Andreas, Nileus, Nymphodorus, Protarchus, Heraclides, aliique quidam reperissent, si id fr[illegible] esset. Sed ut haec falsa opinio est, sic illud verum

quum ibi valentissimi nervi musculique sint, si suum robur habent, vix admittere; si non habent, postea non continere. Tentandum igitur est, et, si tenerum membrum est, satis est habena altera ab inguine, altera a genu intendi: si validius, melius adducent, qui easdem habenas ad valida bacula deligarint; quumque eorum fustium imas partes oppositae morae objecerint, superiores ad se utraque manu traxerint. Etiamnum valentius intenditur membrum super scamnum, cui ab utraque parte axes sunt, ad quos habenae illae deligantur: qui, ut in torcularibus, conversi, rumpere quoque, si quis perseveraverit, non solum extendere nervos et musculos possunt. Collocandus autem homo super id scamnum[1]) est aut pronus, aut supinus, aut in latus sic, ut semper ea pars superior sit, in quam os prolapsum est; ea inferior, a qua recessit. Nervis extentis, si in priorem partem os venit, rotundum aliquid super inguen ponendum; subitoque super id genu adducendum est eodem modo, eademque de causa, qua idem in brachio fit; protinusque, si complicari femur potest, intus est. In ceteris vero casibus, ubi ossa per vim paulum inter se recesserunt, medicus debet id, quod eminet, retro cogere; minister contra inde coxam propellere. Reposito osse, nihil aliud novi curatio requirit, quam ut diutius is in lecto detineatur; ne, si motum adhuc nervis laxioribus femur fuerit, rursus erumpat.

CAPUT XXI.

De genu luxato.

Genu vero et in exteriorem, et in interiorem, et in posteriorem partem excidere, notissimum est. In priorem non prolabi plerique scripserunt: potestque id vero proximum esse, quum inde opposita patella, ipsa quoque caput tibiae contineat. Meges tamen eum, cui in priorem partem excidisset, a se curatum esse, memoriae prodidit. In his casibus intendi nervi rationibus iisdem, quas in femore retuli, pos-

1) Cf. Hipp. ed. Littré; T. IV, p. 40, 297 —301, 305, 311.

sunt. Et id quidem, quod in posteriorem partem excidit, eodem modo rotundo aliquo super poplitem imposito, adductoque eo crure, reconditur; cetera vero manibus simul dum ossa in diversas partes compelluntur.

CAPUT XXII.

De talo luxato.

Talus in omnes partes prolabitur. Ubi in interiorem partem excidit, ima pars pedis in exteriorem partem convertitur: ubi huic contrarius casus, contrarium etiam signum est. At si in priorem partem erumpit, a posteriore latus nervus durus et intentus est; simusque his pes est; si in posteriorem, calx paene conditur, planta major fit. Reponitur autem is quoque per manus; prius in diversa pede et crure diductis. Et in hoc quoque casu diutius in lectulo perseverandum est; ne is talus, qui totum corpus sustinet, parum confirmatis nervis ferendo oneri cedat, rursusque prorumpat. Calceamentis quoque humilioribus primo tempore utendum; ne vinctura talum ipsum laedat.

CAPUT XXIII.

De planta luxata.

Plantae ossa iisdem modis, quibus in manu, prodeunt; iisdemque conduntur. Fascia tantummodo calcem quoque debet comprehendere: ne, quum mediam plantam, imumque ejus vinciri necesse est, liber talus in medio relictus, materiam pleniorem recipiat, ideoque suppuret.

CAPUT XXIV.

De digitis luxatis.

In digitis nihil ultra fieri debet, quam quod in iis, sunt in manu, positum est (cap. 19.)

Ubi is tumor extenuatus est, rursus ad ordinem vitae revertendum est.

CAPUT XI.

De ossibus luxatis.

Ac de fractis quidem ossibus hactenus dictum sit. Moventur autem ea sedibus suis duobus modis; nam modo, quae juncta sunt inter se dehiscunt; ut quum latum scapularum os ab humero recedit; et in brachio radius a cubito; et in crure tibia a sura; et interdum a saltu calcis os a talo, quod raro tamen fit; modo articuli suis sedibus excidunt. Ante de prioribus dicam. Quorum ubi aliquid incidit, protinus is locus cavus est, depressusque digitus sinum invenit: deinde gravis inflammatio oritur; atque in talis praecipue: siquidem febres quoque, et cancros, et nervorum vel distentiones, vel rigores, qui caput scapulis annectunt, movere consuevit. Quorum vitandorum causa facienda eadem sunt, quae in ossibus mobilibus laesis proposita sunt; ut dolor tumorque per ea tollantur. Nam diducta ossa numquam rursus inter se junguntur; et, ut aliquid decoris eo loco, sic nihil usus amittitur. Maxilla vero, et vertebra, omnesque articuli, quum validis nervis comprehendantur, excidunt aut vi expulsi, aut aliquo casu nervis vel ruptis, vel infirmatis; faciliusque in pueris et adolescentulis, quam in robustioribus. Hique elabuntur in priorem [et in posteriorem, in interiorem] et in exteriorem partem; quidam omnibus modis, quidam certis: suntque quaedam communia omnium signa, quaedam propria cujusque. Siquidem semper ea parte tumor est, in quam os prorumpit; ea sinus, a qua recessit. Et haec quidem in omnibus deprehenduntur: alia vero in singulis; quae simul atque de quoque dicam, proponenda erunt. Sed ut excidere omnes articuli possunt, sic non omnes reponuntur. Caput enim numquam compellitur, neque in spina vertebra, neque ea maxilla, quae, utraque parte prolapsa, antequam reponeretur, inflammationem movit. Rursum, qui nervorum vitio *prolapsi* sunt, compulsi quoque in suas sedes iterum excidunt.

INDEX

LIBRORUM ET CAPITUM.

Ubi is tumor extenuatus est, rursus ad ordinem vitae revertendum est.

CAPUT XI.

De ossibus luxatis.

Ac de fractis quidem ossibus hactenus dictum sit. Moventur autem ea sedibus suis duobus modis; nam modo, quae juncta sunt inter se dehiscunt; ut quum latum scapularum os ab humero recedit; et in brachio radius a cubito; et in crure tibia a sura; et interdum a saltu calcis os a talo, quod raro tamen fit; modo articuli suis sedibus excidunt. Ante de prioribus dicam. Quorum ubi aliquid incidit, protinus is locus cavus est, depressusque digitus sinum invenit: deinde gravis inflammatio oritur; atque in talis praecipue: siquidem febres quoque, et cancros, et nervorum vel distentiones, vel rigores, qui caput scapulis annectunt, movere consuevit. Quorum vitandorum causa facienda eadem sunt, quae in ossibus mobilibus laesis proposita sunt; ut dolor tumorque per ea tollantur. Nam diducta ossa numquam rursus inter se junguntur; et, ut aliquid decoris eo loco, sic nihil usus amittitur. Maxilla vero, et vertebra, omnesque articuli, quum validis nervis comprehendantur, excidunt aut vi expulsi, aut aliquo casu nervis vel ruptis, vel infirmatis; faciliusque in pueris et adolescentulis, quam in robustioribus. Hique elabuntur in priorem [et in posteriorem, in interiorem] et in exteriorem partem; quidam omnibus modis, quidam certis: suntque quaedam communia omnium signa, quaedam propria cujusque. Siquidem semper ea parte tumor est, in quam os prorumpit; ea sinus, a qua recessit. Et haec quidem in omnibus deprehenduntur: alia vero in singulis; quae simul atque de quoque dicam, proponenda erunt. Sed ut excidere omnes articuli possunt, sic non omnes reponuntur. Caput enim numquam compellitur, neque in spina vertebra, neque ea maxilla, quae, utraque parte prolapsa, antequam reponeretur, inflammationem movit. Rursum, qui nervorum vitio *prolapsi* sunt, compulsi quoque in suas sedes iterum excidunt.

INDEX

NOMINUM PROPRIORUM.

Prior numerus paginam, posterior versum indicat.

INDEX VERBORUM

NOTATU DIGNORUM*).

A.

---

*) Numeri romani libros indicant, arabici vero capita, vel si duo deinceps leguntur, caput et paragraphum. Quum vero interdum nimia capitum vel paragraphorum prolixitas facilem cuiusvis loci Celsiani inventionem impediret, passim numeris uncis inclusis designavi paginam et lineam. — Quod ad nomina attinet quibus nostri aevi botanici plantas designant, duces secutus sum vel Fraas (*Synopsis plantarum florae classicae*) vel Lenz (*Botanik der alten Griechen und Römer*).

B.

C.

M.

O.

P.

T.

INDEX VOCABULORUM GRAECORUM

IN MEA EDITIONE LITERIS GRAECIS EXARATORVM *).

---

*) Asterisco notavi vocabula quae in tribus antiquioribus codd., vel sal¹⁻ in Med. I et Vat. VIII, literis latinis exarata sunt. — Vide in praefatione quae d· re scripsi.

INDEX
LOCORUM HIPPOCRATIS ET CELSI
INTER SE COMPARATORUM*).

---

*) Loca asterisco notata ea sunt quae iterata me docuit Celsi recensio, toxtu jam typis exarato, peracta.

INDEX

AUCTORUM ANTIQUORUM A ME IN TEXTU ALLATORUM.

Subjungere libuit indiculum locorum Celsi ad quae ipse in opere suo remittit lectorem quaeque in ipso textu indicare neglexi.

p. 14, l. 19: corpus integrum (cf. p. 33, l. 7; p. 83, l. 2).
p. 17, l. 21: foveat (cf. VI, 6, 15).
p. 25, l. 9: consuevit (cf. II, 7, p. 39, l. 30; II, 8, p. 45, l. 37; III, 27, 2; IV, 31, *init.*).
p. 29, l. 5: ἔλλεόν (cf. p. 146, l. 6).
p. 30, l. 15: proposui (p. 29, l. 36—37).
p. 47, l. 11: febrem ardentem (cf. p. 28, l. 35; p. 89, l. 12).
p. 60, l. 20: supra posui (cf. II, 6, p. 37, l. 10; Aph. IV, 48 cet.).
p. 62, l. 19: tenentur (cf. II, 8; III, 2).
p. 98, l. 4: potest (cf. II, 1; III, 20, 21; IV, 15).
p. 98, l. 13: φρενῖτιν (cf. II, 1, p. 30, l. 6).
p. 108, l. 30: inflatis vesicis (III, 27, 2, p. 118, l. 31).
p. 115, l. 8: comprehensi sunt (cf. p. 113, l. 33; p. 114, l. 21 sqq.).
p. 121, l. 31: supra posui (l. 7—8).
p. 123, l. 29: deberent (cf. I, 2 et 4).
p. 127, l. 4: supra retuli (cf. p. 126, l. 20 sqq.).
p. 135, l. 9: adstringunt (cf. II, 30).
p. 136, l. 22: praecepta sunt (IV, 9).
p. 145, l. 5: ventriculi porta (cf. p. 121, l. 34).

p. 156, l. 7: utendum est (cf. II, 17).
p. 176, l. 18—19: λιπαράς (cf. V, 26, 35; V, 27, 13).
p. 192, l. 19: proposui (cf. V, 19, 1).
p. 197, l. 19—20: proposita est (cf. V, 19, 18?).
p. 211, l. 35: proposui (cf. § 9).
p. 212, l. 6—7: refrigerant (cf. II, 23, p. 73, 6).
p. 212, l. 7: proposui (V, 26, 33; cf. V, 28, 4).
p. 216, l. 25: posui (cf. V, 18, 18).
p. 221, l. 29: dixi (l. 5) — l. 33 dixi (l. 8).
p. 250, l. 22—23: dixi (p. 249, l. 4, cf. p. 51, l. 13; p. 255, l. 12).
p. 264, l. 8—9: exsequutus sum (cf. V, 28, 11 sqq.).
p. 289, l. 20: oris fiunt (cf. VI, 11).
p. 289, l. 23: exposita sunt (cf. VII, 8).
p. 290, l. 35: exposui (V, 28, 2).
p. 293, l. 7: retuli (V, 26, 2 et 3).
p. 294, l. 23—24: positum est (VII, 7, 11; VII, 14, p. 291, l. 14).
p. 294, l. 26: posui (VII, 2, p. 265, l. 25—26).
p. 300, l. 28: praecipimus (V, 26, 21 sqq.).
p. 302, l. 26: excidenda est (cf. p. 299, l. 31).
p. 303, l. 12: posui (VII, 4, 4, cf. 3, 3).
p. 304, l. 31: docui (cf. capp. 20 et 22).
p. 325, l. 21: deducuntur cf. p. 355, l. 1).
p. 337, l. 13: praecepi (V, 26, 25?).
p. 360, l. 18: brachio sit (VIII, 15).

CORRIGENDA.

---

p. 23, l. 30, lege: id ipsum
p. 41, l. 9, lege: extendendo dolorem levant
p. 55, tit., lege: De cucurbitulis
p. 56, l. 11, lege: cum eo
p. 62, l. 13, lege (cf. III, 21).
p. 62, l. 32: vide *Adn. criticam*
p. 104, l. 35, lege: multo corpus tribus
p. 109, l. 4—5, lege: superponere; si
p. 112, l. 38, lege: plantaginem
p. 125, l. 15, lege: calida marina,
p. 132, l. 3, lege: ejus est, supervacua
p. 153, in nota, lege: desunt.
p. 184, l. 32, lege: z s, loco Ξ
p. 200, l. 22, lege: Plin. XXII, 73, 1; XXVIII, 8, 1.
p. 220, l. 35, lege: (18, 18)
p. 228, l. 9, lege: gummis
p. 233, l. 11, lege: cornum
p. 256, l. 28, lege: purae, *loco* crustae
p. 260, l. 33, lege: p.)-(II, *loco* p.)-(XII
p. 278, l. 31, lege: nominant
p. 287, l. 17, lege: (*id est: ὀδοντάγρα*). Haec enim explicandi causa addidi.
p. 297, l. 10, lege: (Paul. Aeg. VI, 64, cet.
p. 308, l. 9, dele: *qui curatur*
p. 318, l. 7, lege: facile hebeti corpusculo *cum codd.*
p. 331, l. 23—24: vide *Adn. criticam*
p. 339, l. 1, lege: *διακαύση*
p. 349, l. 33, lege: adjectum sit, deliganda

Ceteris typothetarum *σφάλμασι* quae aciem oculorum fugerunt, lector benevolens ignoscat et ipse ea corrigat.

CENSORINI

DE DIE NATALI LIBER

RECENSUIT

FRIDERICUS HULTSCH.

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.
MDCCCLXVII.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

CAROLO HALM

AUGUSTO WILMANNS

D · D · D ·

PRAEFATIO.

Censorini recognoscendi ut consilium caperem factum est CAROLI HALMII beneficio, qui ante hos quattuor annos, cum Misniam convenissent Germaniae viri philologi, obtulit mihi suum Censorini exemplum, in quo variam codicis Darmstadiensis scripturam diligentissime adnotaverat. Namque, ut fere fit, postquam Ottonis Iahni cura Censorini liber, vulgo pessime editus, mirum quanto emendatior prodiit ex codicibus Darmstadiensi et Vaticano, tamen satis ampla variae scripturae copia omissa erat, cuius si ratio haberetur, multos locos adhuc minus recte editos corrigi posse viderat Halmius. Itaque ego summi viri auctoritati libenter obtemperans Censorini librum ita recensere institui, ut, quantum fieri posset, ipsam antiquam codicis Darmstadiensis scripturam, non recentiorem illam quam alia manus in eundem librum passim intulit, tamquam certissimam ducem sequerer. Quam rationem ita facillime omnibus probatum iri existimabam, si et antiquae



nam incurrentibus antea scriptum sit, non potuit quasi maius quiddam subiungere Censorinus *atque ad decies septenos annos* (*vitam*) *posse — proferri.* Immo verba *quae duo* initium fecerunt sententiae alicuius nunc truncatae, qua scriptor primum Staseae et Etruscorum placita de duodecim hebdomadum spatio breviter comprehendit et de his nescio quid adiecit, tum aliam quandam opinionem protulit, ex qua brevius etiam spatium concederetur vitae humanae; tamen *homines aetatem suam* (haec enim fere extrema in lacuna exciderunt) *ad decies septenos annos posse — proferre.* Praeterea obiter commemoro in Livii loco quem Censorinus cap. XVII affert, si sub finem (p. 33, 8) post *saeculi* addideris *modum* (coll. p. 32, 19. 32, 1), hanc orationem obliquam non alienam videri a reliquis quae interciderint. Cuius loci similitudine paulo post (p. 35, 2) nescio an scribendum sit *si quis credit ludis saecularibus saecula terminari.*

Contrariam hiatibus scripturae labem, glossemata dico ab interpolatoribus inculcata, vix minus saepe notare debui, ac saepissime quidem in fragmento. Ut p. 57, 10 verba *et poploe anafora dicuntur* non tam propterea seclusi, quod intellegi nequirent, sed quia illum qui ea scripsit voluisse putarem *et populo canaphora dicuntur*, eiusmodi autem mira sententia non tribuenda esse videretur ipsi compilatori fragmenti. Sed notanda est et appellatio quae hoc loco signis zodiaci imponitur et

forma κανοφόρα adhuc non cognita nisi ex Hesychio. Aliud Graecum vocabulum nondum receptum in nostra lexica latet in glossa quae paulo ante (p. 57, 2) primum margini adscripta fuit, tum in contextum verborum illata. Ubi dubitari non potest quin recte *antistoechoe* scripserit Iahnus Isaacum Vossium secutus; quod autem in codice sequitur *antiscepe*, id nec *antoeci*, ut suasit Carrio, nec Lachmannianum *antiscioe* fuisse videtur, sed id ipsum quod Nunnesius interpretatus est *qui aversi contrarios polos spectent:* at vero hoc non est barbarum *antiscepae*, ut ille voluit, sed *antiscopoe* sive Graecum ἀντίσκοποι. Denique etiam apud ipsum Censorinum insolitam formam Graecam Halmio monente e codice restitui, *enneaeteris* p. 37, 12, cui similia sunt ἐννεαετία et ἐννεαετής, de quibus vide Dindorfios in Stephani thesauro.

Monent me haec Graeca ut paucis significem, quam normam et in Graecis vocabulis et in numeris scribendis secutus sim. Nam cum ex utroque genere permulta pro brevitate libri reperiantur apud Censorinum, minime ea res neglegenda videtur. Primum autem hoc mihi persuasum esse profiteor, certam legem neque alios scriptores plerosque nec Censorinum sibi sanxisse, ex qua et numeros aut notis aut litteris et Graeca aut Graecis aut Latinis ductibus scriberent; sed regulas quidem fuisse aliquas, nequaquam tamen immutabiles. Tum negari non potest veteres librarios in describendis codici-

bus multa suo arbitrio variavisse, at certe eo pauciora quo vetustiores sunt libri manu scripti. Ita cum hac etiam in re secundum antiquissima vestigia Censorini librum ediderim, minime equidem affirmem in omnibus me ipsius scriptoris manum repraesentasse; hoc tamen facile concessum iri arbitror, nullam aliam rationem inveniri potuisse, qua propius ad verum accederetur. Nonnullis autem locis ipsa codicis menda indicio fuerunt alia olim scripta fuisse. Velut p. 44, 27 recte in codice exstare videtur *annos*, quod suspensum fuit ex *computarunt* vel simili quodam verbo nunc in maiore lacuna omisso; iam cum huic accusativo bis in codice appositum sit *quadrigenti*, dubitari vix potest, quin utroque loco CCCC invenerit librarius easque notas imperite in litteras transcripserit. Eadem de causa p. 37, 7, ubi *primum* est in codice, emendatae vulgo scripturae *unum* praetuli notam I, quae nisi olim locum obtinuisset, qua tandem ratione illud mendosum *primum* oriri potuit? Quamquam non me fugit relinqui ut hoc statuatur, ab ipso scriptore positum esse *unum*, idque postea in notam mutatum, denique e nota *primum* factum esse. Sed ne in minutias aberrem, nihil nisi in re dubitationis plena probabiliorem rationem amplecti volui, cum ipsam veram invenire non liceret. De Graecis vocabulis unum hoc addo, Censorinum multo plura Latine quam Graece scripsisse videri, siquidem recte Iahnus dimidio fere rarius quam prior

editores Graeca admisit, ego porro codicis vestigia persecutus ex his Graecae scripturae reliquiis plus dimidiam partem in Latinas litterarum formas reduxi.

Ad ea quae imis paginis ad singulos quosque locos adnotavi perpauca hic sunt addenda. Cum Urlichsius in annalium quibus titulus est Eos vol. II (p. 456 ss.) nonnullas varias scripturas e codice Darmstadiensi protulisset, postea rogatus ab Halmio eosdem locos denuo inspexit eaque quae discreparent ab Halmii collatione cum hoc per litteras communicavit. Ex his subsidiis ea quae pertinerent ad extremas fragmenti paginas in corrigendis plagulis adhibere potui; ex priore autem parte, qua Iahnianae editionis paginae primae sex collatae erant, haec tantummodo ad nostram adnotationem addenda sunt: p. 3, 1. celato *D*, p. 4, 3. conparatum *D*, 5. beatȩ] unci notam sub extrema *e* addidisse videtur manus secunda, p. 5, 6. institutiquȩ, 17. ūt *D* (at idem *genamur* habet, ut editum est, non *genemur*), 21. inquis *D*, inquid *d*, p. 6, 1. prȩter | ** dei *D*, prȩterea | dei *d*. — Ut reliqua persequar, iterum grata memoria repetenda est Caroli Halmii, qui cum etiam eam operam in se suscepisset ut plagulas typis expressas perlegeret, multos locos sua coniectura correxerit. Ex quibus cum pleraque suis locis adscribi potuerint, hic restat ut commemoretur p. 8, 6 *conformat* et p. 35, 21 *id cor* (omisso *que*) coniici ab Halmio, tum p. 40, 1 eidem

non tam *T.* omissum videri, quam id ipsum ex *et* corrupto eliciendum. Idem suasit ut p. 8, 14 *calfacto* e codice ederem coll. Quintil. 1, 6, 21, et fragmenti locum adhuc desperatum qui est p. 66, 20 s. recepta e Vaticano scriptura *numerorum* ita, ut nunc editum est, distinxit. Meminerat etiam Censorini sui Otto Iahnus, et quaerenti mihi amicissime, ut solet, rescripsit p. 66, 7 *Parnasiae* sibi legendum videri; praeterea p. 6, 9 Lachmanni coniecturam *ad cereos* commendari similibus Plutarchi (an seni cet. cap. 9) et Senecae (de brev. vit. 20 extr.) locis. Consulto omisi ad p. 23, 12 afferre coniecturam H. Wittichii *Persicum* pro *Pythicum* suadentis in Philol. vol. XX p. 431, quoniam non credibile videbatur unum Censorinum Persici nescio cuius stadii notitiam habuisse a totius antiquitatis memoria plane alienam. P. 38 versum tertium cum relegerem, in mentem mihi veniebat *proxima est hanc* (*octaeterida*) *magnitudine* cet.; sed obloqui videtur ipse scriptor, qui paulo post *haec annorum magnitudo* dederit. At locus qui est p. 51, 3 dubito num satis sanatus sit Lachmanni medela egregia illa quidem ad sensum, sed paulo remotiore a litterarum ductibus. Servata igitur librorum scriptura paucisque litteris, quae facillime intercidere potuerunt, additis legendum videtur *idque similitudo testatur u s u s militaris.* Denique in fragmenti p. 60, 7 quidni codicis ductus UARIAE ET olim fuerint *variat*, quod verbum eodem

p. 59, 24 legimus? — Ludovici de Ian coniecturas, quas passim in adnotatione citavi, repetivi e censura Iahnianae editionis quam scripsit in commentariis qui supra p. VI laudati sunt.

Descripsit etiam Halmius mihique misit codicis Bernensis 87 anno MIIII exarati eam partem quae fragmenti cap. V—VIII continet. Usus erat eodem libro Otto Iahnus (v. praef. p. XXI, unde corrigas p. 74 *sec. XI* pro *sec. XV*); sed non alienum videbatur Halmii apographum cum nostra editione conferre, a qua quae differant haec sunt: p. 60, 17. Ex libro Censorini de geometrica. Geometrica est *cet.* 19. suis] sui, *ut V* 20. et *habet ut d V* 21. Deformis *continuo versu* 22. nota] nata *m. 1, ut D V*, natura *super versum* 23. Lineae ac finis, *ut D V* p. 61, 1. posita et summissa est. Quod longitudinem tantum, *ut D V* 3. finis lineae sup plana, *ut D V* 4. sup 8. hae, *ut V* sint, *ut D V* his, *ut D* 9. supra *om.*, super *super vs. add. m. 1* 11. tum] tantum, *ut D V* 12. ea linea] aliaena, *similiter ac D V* grece 13. angelus 17. comprehensa 20. immissa 21. Emicyclum, *ut D V* Entigrãmae *m. 1*, y *ex* i *fecit eadem manus, similiter atque in V* 22. tetragonum qđ ·IIII· p. 62, 2. duo] ·II· 3. Ortogonium, *ut V*[1] 4. Ampigonium. quod habet idem, *ut V* 5. oxigonium, *rectius quam D V* 6. Quadrilaterum, *ut D V* 7. omnia ·IIII· latera habet, *similiter ac D V* 8. Eteromeces, *ut*

DV rectos *om. cum DV* 9. rūbos, *ut DV* 10. similes, *ut DV* 12. aequaliter aut omne quae rectis, *similiter ac V* Rapedia, *ut D et V corr.* 13. Parelle lineae, *partim rectius quam DV* 16. geometriarum, *ut dV* quinque] ·v· 17. ad omnem, *ut DV* 18. medio] nodo *et superscr.* mo 20. lineam, *omisso* rectas, *ut DV* p. 63, 1. immissa duos rectis pares fecerit, *ut DV* 4. adempta 5. paria sunt: *haec extrema sunt in codice.*

Litterarum formas quae sunt in codice Darmstadiensi, quatenus fieri potuit, similibus typis exprimendas curavi, quo et accuratior vetusti illius libri imago effingeretur et nonnullorum mendorum origo facilius cognosceretur. Non licuit tamen in litteris F et L reddere illud codicis proprium, quod altera infra longius deduci, altera supra emergere solet, et Y quoque plerumque infra descendit. Rescripsit mihi de his rebus ambigenti singulari comitate CAROLUS BOSSLER atque etiam codicis fere dimidiam paginam accuratissime depictam addidit, pro qua opera ad propositum meum utilissima debitas hic refero gratias.

D **est codex Darmstadiensis 166 saec. VII.**

d **in eodem manus correctoris.**

V **codex Vaticanus 4929 saec. X.**

***V*²** **manus correctoris eiusdem aetatis.**

m. rec. **tertia, passim etiam quarta quaedam manus recentior.**

*** spatium litterae erasae.**

| finis versus in codice.

CORRIGENDA.

p. 46, 16 Antonino *pro* Antonio

„ 50, 19 M'. *pro* M. *propagata e codicibus scriptura.*

CENSORINI

DE DIE NATALI LIBER

AD Q. CAERELLIUM.

Munera ex auro vel quae ex argento nitent, caelato 1
opere quam materia cariora, ceteraque hoc genus blandimenta fortunae inhiat *ille* qui vulgo dives vocatur: te autem, Quinte Caerelli, virtutis non minus quam pecuniarum
divitem, id est vere divitem, ista non capiunt; non quod 2
eorum possessionem vel etiam usum a te omnino abieceris, sed quod sapientium disciplina formatus satis liquido conperisti huius modi sita in lubrico bona malave per se non esse, sed τῶν μέcων, hoc est bonorum malorumque
media censeri. haec, ut comicus ait Terentius, per- 3
inde sunt ut illius est animus qui ea possidet; qui uti scit ei bona, illi qui non utitur recte
mala. igitur quoniam quisque non quanto plura possi- 4
det, sed quanto pauciora optat, tanto est locupletior, opes tibi in animo maximae, et eae quidem quae non modo bona generis humani praecedant, sed quae ad deorum immortalium aeternitatem penitus accedant. quod enim Xenophon Socraticus dicit, nihil egere est deorum, quam
minime autem proximum a diis. quare cum dona pretiosa 5

INCIPIT LIBER ALIUD *D*, INCIPIT LIBER | CENSORINI AD · Q · | CERELLIVM *V* 2. opere | quam *D*, non *post* opere *in marg. adscr. d*, OPERE|nonnunquam *V* cetera quae *D* 3. INhiant hi (ant hi *d in ras.*) *D*, inhiant hi *V*, inhiat is *Carrio* diuites *d V* uocantur *V* 4. qu*nte (*erasa* i) *V* 6. abiceris *D*, *corr. d* 8. *ita (*erasa* s) *D*, ita *V* 9. esse ***των *D*, τ *super primam litteram erasam add. d*, esse sed των *V* 10. *Ter. Heaut. I, 2, 21 s.* 11. ILLIUS *DV*, tullius *d* 12. ei *DV*, *unde ductu transverso addito* et *fecit d* 15. maxime *DV* ea *V m. 2* 17. inmortalium *V* paenitus *D* 18. *egere *D*, aegere *d* 19. di*is *D*, diis *V*. deis *vulgo* praetiosa *D*

neque tibi per animi virtutem desint nec mihi per rei
tenuitatem supersint, quodcumque hoc libri est meis opi-
6 bus comparatum natalicii titulo tibi misi. in quo non, ut
plerisque mos est, aut ex ethica parte philosophiae prae-
cepta ad beate vivendum, quae tibi scriberem, mutuatus
sum, aut ex artibus rhetorum locos laudibus tuis cele-
brandis persecutus (ad id enim virtutum omnium fa-
stigium ascendisti, ut cuncta ista, quae vel sapienter
monentur vel facunde praedicantur, vita moribusque su-
peraveris), sed ex philologis commentariis quasdam quae-
stiunculas delegi, quae congestae possint aliquantum vo-
7 lumen efficere. idque a me docendi studio vel ostentandi
voto fieri non praedico, ne in me, ut vetus adagium est,
8 iure dicatur sus Minervam. *iam* vero cum tuo collatu
scirem me plura didicisse, ne beneficiis tuis viderer
ingratus, nostrorum veterum sanctissimorum hominum
9 exempla sum secutus. illi enim quod alimenta, patriam,
lucem, se denique ipsos dono deorum habebant, ex omni-
bus aliquid deis sacrabant, magis adeo ut sese gratos
adprobarent quam quod deos hoc arbitrarentur indigere.
10 itaque cum perceperant fruges, ante quam vescerentur
deis libare instituerunt, et cum agros adque urbes deorum
munere possiderent, partem quandam templis sacellisque,
ubi eos colerent, dicaverunt: quidam etiam pro cetera
corporis bona valetudine crinem deo sacrum pascebant.
11 ita ego, a quo plura in litteris percepi, tibi haec exigua
reddo libamina.

2 Nunc quoniam liber de die natali inscribitur, a votis
auspicia sumantur. itaque hunc diem, quod ait Per-
sius, numera meliore lapillo, idque quam saepis-

---

4. ex ethica *Manutius*, exhıca *D*, hic a *V* 5. beatę *D* 6. locus *D* 9. monetur *D* facundae *D* 11. congeste *V* 13. non fieri *V* adgagium (*prior* g *ex* c *facta esse videtur*) *D*, elogium *V* 14. iam vero] uero *D*, docere *V*, verum *Iahnus* 15. benificiis *V* 18. habebam *V*, *corr. m. 2* 19. sese gratos *Halmius*, se gregatos *D*, se gratos *V* 20. d**** *D*, diis *d* arbitraretur indegere *D* 22. a|que *D*, atque *V* 29. sumatur *D* *Pers. 2, 1* 30. sepissime *V*

sime facias exopto, et, quod idem subiungit, *funde merum genio.*

Hic forsitan quis quaerat, quid causae sit ut merum 2
fundendum genio, non hostia faciendum putaverit. quod scilicet, ut Varro testatur in eo libro cui titulus est Atticus et est de numeris, id moris institutique maiores nostri tenuerunt, ut, cum die natali munus annale genio solverent, manum a caede ac sanguine abstinerent, ne die
qua ipsi lucem accepissent alii demerent. denique Deli 3
ad Apollinis genitoris aram, ut Timaeus auctor est, nemo hostiam caedit. illud etiam in hoc die observandum, quod genio factum neminem oportet ante gustare quam eum qui fecerit.

Sed et hoc a quibusdam saepe quaesitum solvendum videtur, qui sit genius, curve eum potissimum suo quis-
que natali veneremur. genius est deus, cuius in tutela ut 3
quisque natus est vivit. hic sive quod ut genamur curat, sive quod una genitur nobiscum, sive etiam quod nos genitos suscipit ac tutatur, certe a genendo genius appel-
latur. eundem esse genium et larem multi veteres me- 2
moriae prodiderunt, in quis etiam Granius Flaccus in libro quem ad Caesarem de indigitamentis scriptum reliquit. hunc in nos maximam, quin immo omnem habere
potestatem creditum est. nonnulli binos genios in his 3
dumtaxat domibus quae essent maritae colendos putaverunt: Euclides autem Socraticus duplicem omnibus omnino nobis genium dicit adpositum, quam rem apud Lucilium in libro satirarum XVI licet cognoscere. genio igitur potissimum per omnem aetatem quotannis sacrificamus;

---

5. EST *extra versum (incertum an a m. 2) D* 6. et est] et intus *coni. Ritschelius in Indice schol. hibern. a. 1845/6 p. 4 (an vero Censorinus scripsit* cui titulus Atticus est de *cet.?)* numeris] muneribus *Manutius, probat Ritschelius l. c. p. 5* 10. TIMEUS *DV* 11. ILEUT *D* 17. quoδ ŪT *D* 19. suscepIT *DV*, *corr. Carrio* TUEATUR *DV*, *corr. Iahnus* 21. quis *DV*, quid *d* GRAUIUS *DV* 22. RELIQUIδ *D* 25. poTAUERUNT *D* 27. qua* RE* (quam REM *ante rasuram*) *D* 28. SATYRARUM *DV* 29. QUOT ANNIS *D*

4 quamquam non solum hic, sed et alii sunt praeterea dei
conplures hominum vitam pro sua quisque portione ad-
miniculantes, quos volentem cognoscere indigitamentorum
libri satis edocebunt. sed omnes hi semel in uno quoque
homine numinum suorum effectum repraesentant, quo-
circa non per omne vitae spatium novis religionibus ar-
5 cessuntur: genius autem ita nobis adsiduus observator
adpositus est, ut ne puncto quidem temporis longius abs-
cedat, sed ab utero matris acceptos ad extremum vitae
diem comitetur. sed cum singuli homines suos tantum-
modo proprios colant natales, ego tamen duplici quot-
6 annis officio huiusce religionis adstringor: nam cum ex
te tuaque amicitia honorem dignitatem decus adque prae-
sidium, cuncta denique vitae praemia recipiam, nefas ar-
bitror, si diem tuum, qui te mihi in hanc lucem edidit,
meo illo proprio neclegentius celebravero: ille enim mihi
vitam, hic vitae fructum adque ornamentum pepererunt.

4 Quoniam aetas a die natali initium sumit suntque ante
hunc diem multa quae ad hominum pertinent originem,
non alienum videtur de iis prius dicere quae sunt natura
priora. igitur quae veteribus de origine humana fuerint
opiniones, ex his quaedam breviter exponam.

2 Prima et generalis quaestio inter antiquos sapientiae
studiosos versata est, quod, cum constet homines singu-
los ex parentum seminibus procreatos successione prolis
multa saecula propagare, alii semper homines fuisse nec
umquam nisi ex hominibus natos adque eorum generi
caput exordiumque nullum extitisse arbitrati sunt, alii
vero fuisse tempus cum homines non essent, et his ortum
3 aliquem principiumque natura tributum. sed prior illa

---

4. libris *d* SATISSEDOCEBUNT *D* hii *D* 5. quo CICRA *D* 6. NOBIS *D* ARCES**|NTUR *D*, mu *in marg. adscr. d* 9. aceptos *D*, adceptos *d V*, ad cereos et extr. *Lachmannus* 10. TANTUM modo *D* 11. quot annis *D* 12. REGI|ONIS *D* astringor *V* 13. atque *V*, *item vs. 17 et 27* 16. nec glegentius *V* CAELEBRAUERO *D* 18. SUNTquae *D* 20. his *d in ras. V*, *corr. Halmius* 21. 22. fuerunt — quasdam *Iahnus* 28. capud *D*

sententia, qua semper humanum genus fuisse creditur,
auctores habet Pythagoran Samium et Ocellum Lucanum
et Archytan Tarentinum omnesque adeo Pythagoricos.
sed et Plato Atheniensis et Xenocrates et Dicaearchus
Messenius itemque antiquae academiae philosophi non
aliud videntur opinati, Aristoteles quoque Stagirites et
Theophrastus multique praeterea non ignobiles peripate-
tici idem scripserunt. eiusque rei exemplo [dicunt quod]
negant omnino posse reperiri, avesne ante an ova gene-
rata sint, cum et ovum sine ave et avis sine ovo gigni non
possit. itaque et omnium, quae in sempiterno isto mundo 4
semper fuerunt futuraque sunt, aiunt principium fuisse
nullum, sed orbem esse quendam generantium nascen-
tiumque, in quo unius cuiusque gentis initium simul et
finis esse videatur. qui autem homines aliquos primi- 5
genios divinitus naturave factos crederent multi fuerunt,
sed aliter adque aliter haec existimatione versata. nam ut 6
mittam, quod fabulares poetarum historiae ferunt, homi-
nes primos aut Promethei molli luto esse formatos aut
Deucalionis Pyrrhaeque duris lapidibus enatos, quidam
ex ipsis sapientiae professoribus nescio an magis mon-
struosas, certe non minus incredibiles rationum suarum
proferunt opiniones. Anaximander Milesius videri sibi ex 7
que animo valentem longior maneat senectus. quem enim
veterum nunc memoria suspicimus prudentia vel tempe-
rantia vel iustitia vel fortitudine tibi antestare [dicimus]?
quis eorum, si adesset, non in te omnium virtutum prae-
dicationem conferret? quis tuis laudibus se postponi
erubesceret? illud certe, ut arbitror, dignum est prae-
dicatione, quod, cum illis ferme omnibus quamvis pru-
dentissimis et procul a republica amotis non contigerit
sine offensione et odio plerumque capitali vitam degere,
tu tamen officiis municipalibus functus, honore sacerdotii
in principibus tuae civitatis conspicuus, ordinis etiam
equestris dignitate gradum provincialium supergressus,
non modo sine reprehensione et invidia semper fuisti, ve-
rum etiam omnium omnino amorem cum maxima gloria
consecutus es. quis a te nosci aut ex amplissimo senatus 5
ordine non expetiit aut ex humiliore plebis non optavit?
quis mortalium vel te vidit vel de tuo nomine accepit,
quin et loco fratris germani diligat et vice parentis vene-
retur? quis ignorat probitatem primam, fidem summam,
benignitatem incredibilem, modestiam verecundiamque
singularem ceteraque humanitatis officia penes te unum
esse, et quidem maiora quam possint digne a quoquam
referri? quare et ego his nunc commemorandis super- 6
sedebo. de eloquentia quoque sileo, quam omnia provin-
ciarum nostrarum tribunalia, omnes praesides noverunt,
quam denique urbs Roma et auditoria sacra mirata sunt.
haec se et ad praesens et in futura saecula satis ipsa
nobilitat.

Nunc vero quatenus de die natali scribo, meum mu- 16
nus inplere conabor, tempusque hodiernum, quo maxime

---

1. quem enim veterum, quorum memoriam suspicimus, prudentia — antistare dicemus *Iahnus secundum Lachmannum* 2. suscepimus *V* 3. FORTITUDINEM *D* 5. POSTPONIT ERUBISCERET *D*, *corr. d* 8. MOTIS *DV*; remotis *Cauchius* 9. UITA *DV* 10. sacerdoti *V* 13. REPRAEHENSIONE *D* 15. qui *d* (s *littera expuncta*) 16. EXPETIT *D* 27. presens *V* 30. implere *V*

flores, quam potero lucidissimis notis signabo; ex quo
2 **etiam primus ille tuus natalis liquido noscetur. tempus**
autem non diem tantummodo vel mensem vel annum ver-
tentem appello, sed et quod quidam lustrum aut annum
3 **magnum vocant, et quod saeculum nominant. ceterum**
de aevo, quod est tempus unum et maximum, non multum
est quod in praesentia dicatur. est enim inmensum, sine
origine, sine fine, quod eodem modo semper fuit et sem-
per futurum est, neque ad quemquam hominum magis
4 **quam ad alterum pertinet. hoc in tria dividitur tempora,**
praeteritum, praesens, futurum. *e* quibus praeteritum
initio caret, exitu futurum, praesens autem, quod medium
est, adeo exiguum et inconprehensibile est, ut nullam re-
cipiat longitudinem neque aliud esse videatur quam trans-
acti futurique coniunctio, adeo porro instabile, ut ibidem
sit numquam, et quidquid transcurrit a futuro decerpit et
5 **adponit praeterito. haec inter se tempora, ante actum**
dico et venturum, neque paria sunt neque ita ut alterum
altero longius breviusve videatur: quidquid enim non
6 **habet finem, conlationem mensurae non recipit. qua-**
propter aevum neque annorum nec saeculorum numero
nec denique ullo finiti temporis modulo metiri conabor:
haec enim ad aetatem infinitam non sunt brumalis unius
instar horae.
7 Itaque ut saecula possim percurrere et hoc nostrum
praesens designare, omissis aureis argenteisque et hoc
genus poeticis, a conditu urbis Romae, patriae nostrae
17 communis, exordiar, et quoniam saecula aut naturalia
sunt aut civilia, prius de naturalibus dicam.
2 Saeculum est spatium vitae humanae longissimum

---

4. aut unum annū *V* 5. seculum *V* 7. presentia *V* 10. quam aδulterum *D*, quam ad adulterum *d* 11. e *om.* *DV* 12. ini**tio (ininitio *ante ras.*) *D* exitum *D* 13. inconpraehensibile *D*, inconprensibile *V* 16. quicquid *V* et adponit praeterito *om.* *V* 18. paria] propria *V* 19. quicquid *V* 26. δesignare (δe *ex* δι) *D* 28. exorδiar** | *et* qm̄ (et *initio versus adscr. m. 2*) *D*, exordiar | DE SAECVLIS *V* *omissis* et quoniam — dicam

partu et morte definitum. quare qui annos triginta saeculum putarunt multum videntur errasse. hoc enim tempus genean vocari Heraclitus auctor est, quia orbis aetatis in eo sit spatio. orbem autem vocat aetatis, dum natura ab sementi humana ad sementim revertitur. hoc quidem geneas tempus alii aliter definierunt. Herodicus annos quinque et viginti scribit dici genean, Zenon triginta. saeculum autem *quid* sit, usque adhuc arbitror ad subtile 3 examinatum non esse. poetae quidem multa incredibilia scripserunt, nec minus historici Graeci, quamvis eos a vero par non fuit decedere; ut Herodotus, apud quem legimus Arganthonion Tartessiorum regem centum et quinquaginta annorum fuisse, aut Ephorus, qui tradit Arcadas dicere apud se reges antiquos aliquot ad trecentos vixisse annos. verum haec ut fabulosa praetereo: sed 4 inter ipsos astrologos, qui in stellarum signorumque ratione verum scrutantur, nequaquam etiam convenit. Epigenes in centum duodecim annis longissimam vitam constituit, Berosos autem centum sedecim: alii ad centum viginti annos produci posse, quidam etiam ultra crediderunt. fuerunt qui non idem putarent ubique observandum, sed varie per diversas regiones, pro ut in singulis sit caeli ad circulum finitorem inclinatio, quod vocatur clima.

Sed licet veritas in obscuro lateat, tamen in una qua- 5 que civitate quae sint naturalia saecula, rituales Etruscorum libri videntur docere, in quis scriptum esse fertur initia sic poni saeculorum. quo die urbes adque civitates constituerentur, de his qui eo die nati essent eum qui

---

3. γενεὰν *vulgo*, *item posthac* γενεᾶς *et* γενεάν 4. uocant *DV corr. Lachmannus* 5. ab sementi *Halmius*, aδ sementi *D*, *om. V* sementem *V* 7. trigenta *D* 8. quid *om. D* 9. exanimatū *V* 10. scribserunt *D* eos] eo *D*, *om. V* 12. arganthonnion *V* *tar*cessiorum (tar *in ras.*) *D*, tarcessiorū *V* 13. quinta *V*, *corr. m. rec.* fuisse antephorus *V* archaδas *DV* 14. aput *D* aliquoδ *D* tricentos *V* 17. epigenesin *D*, epygenes in *V* 20. uigenti *D* 22. u riae *D* 26. secula *V* 28. atque *V*

diutissime vixisset die mortis suae primi saeculi modulum finire, eoque die qui essent reliqui in civitate, de his rursum eius mortem, qui longissimam egisset aetatem, finem esse saeculi secundi. sic deinceps tempus reliquorum terminari. sed ea quod ignorarent homines, portenta mitti divinitus, quibus admonerentur unum quodque saeculum
6 esse finitum. haec portenta Etrusci pro haruspicii disciplinaeque suae peritia diligenter observata in libros rettulerunt. quare in Tuscis historiis, quae octavo eorum saeculo scriptae sunt, ut Varro testatur, et quot numero saecula ei genti data sint et transactorum singula quanta fuerint quibusve ostentis eorum exitus designati sint continetur. itaque scriptum est quattuor prima saecula annorum fuisse centenum, quintum centum viginti trium, sextum undeviginti et centum, septimum totidem, octavum tum demum agi, nonum et decimum superesse, quibus transactis finem fore nominis Etrusci.

7 Romanorum autem saecula quidam ludis saecularibus putant distingui: cui rei fides si certa est, modus Romani saeculi est incertus. temporum enim intervalla, quibus ludi isti debeant referri, non modo quanta fuerint retro ignoratur, sed ne quanta quidem esse debeant sci-
8 tur. nam ita institutum esse, ut centesimo quoque anno fierent, id cum Antias aliique historici auctores sunt, tum Varro de scaenicis originibus libro primo ita scriptum reliquit: cum multa portenta fierent, et murus ac turris, quae sunt inter portam Collinam et Esquilinam, de caelo tacta essent, et ideo

---

7. aruspicii *V* δισcιpʟιɴae quae *D* 9. ʀeттuʟʟeʀuɴт *D*, retulerunt *V* 10. ut *d in ras.* eт quoδ *D* 11. transactarum *V*, *corr. m. 2* 12. **oɴтιɴeтuʀ *D*, continetur *d*, *item V*, *in quo* ntinet *1 m. in ras.* 14. ceɴтeɴū *fuit in D, nunc post* ceɴт *est rasura trium litterarum et* um *superscr.*, *tertio autem loco comparet etiam nunc ductus transversus qui fuit super* u; centū *V* quinтum (in *in ras.*) *D* 15. unumdeviginti *dV* 22. debeat *V*[1], *corr. m. 2* 25. scenicis *V* 26. muros *V* 28. tracta *V*

libros Sibyllinos X viri adissent, renuntiarunt
uti Diti patri et Proserpinae ludi Tarentini
in campo Martio fierent tribus noctibus, et ho-
stiae furvae immolarentur, utique ludi cente-
simo quoque anno fierent. item Titus Livius libro 9
CXXXVI: eodem anno ludos saeculares Caesar
ingenti apparatu fecit, quos centesimo quo-
que anno (his enim terminari saeculi *) fieri
mos * ut *. contra ut decimo centesimoque anno re-
petantur tam commentarii XV virorum quam Divi Augusti
edicta testari videntur, adeo ut Horatius Flaccus in car-
mine quod saecularibus ludis cantatum est id tempus hoc
modo designaverit: Certus undenos decies per an-
nos Orbis ut cantus referatque ludos Ter die
clara totiensque grata Nocte frequentes. quae 10
dissensio temporum, si veterum revolventur annales,
longe magis in incerto invenietur. primos enim ludos
saeculares exactis regibus post Romam conditam annis
CCXLV a Valerio Publicola institutos esse ** ad XV viro-
rum conmentarios, anno CCXCVIII M. Valerio Spurio Ver-
ginio conss. * * anno post urbem conditam †octavo et
quadringentensimo, ut vero in commentariis XV virorum
scriptum est anno CCCC et †decimo M. Valerio Corvino II

---

1. SYBILLINOS *DV* x viri *Mommsenus Chronol. Rom. p. 181*, ·xu·uiri *D*, XII uiri *V*, XV viri *vulgo* renuntiarent V^1, *corr. m. 2* 8. is (*immo* hic) enim terminus saeculi *vulgo* 9. sed moris esse ut contra *coni. Lachmannus* ut contra, *omisso altero* ut, *V*, at contra ut *vulgo ante Iahnum* 11. *Hor. carm. saec. 21 ss.* 13. CERTOS *DV* 14. ORBES *D* V^1, orbis V^2 15. CLARO *DV* *post* frequentes *DV habent cap. 7* Superest — *cap. 14, 7* ait enim; *tum* quae dissensio *repetivit Lachmannus ex eo loco qui indicatus est ad p. 10, 7; denique* temporum *et cet. supra leguntur: vide ad p. 25, 25* 16. reuoluantur *dV* 19. XL UIRORUM *DV* 20. CCXCUIIII *DV* 21. CONSS· *DV* *post* conss. *lacunam sic explevit Lachmannus:* secundos ludos, ut Antias vult, M. Popilio Laenate IIII M. Valerio Corvino cos.; *idem pro* octavo *correxit* sexto, *et vs. 23* octavo *pro* decimo (*conf. C. L. Roth in Mus. Rhen. VIII p. 371 s.*) 22. quadraginsimo *D*, quadragesimo *V* XII uirorum *V* 23. CURMINO *DV*, *legendum* Corvo *cum Man*

C. Poetilio cons. tertii ludi fuerunt Antiate Livioque
auctoribus P. Claudio Pulchro L. Iunio Pullo cons. * *
anno quingentensimo duodevicensimo P. Cornelio Len-
11 tulo C. Licinio Varo cons. de quartorum ludorum anno
triplex opinio est. Antias enim et Varro et Livius rela-
tos esse prodiderunt L. Marcio Censorino M'. Manilio cons.
post Romam conditam anno DCV. at Piso Censorius et
Gn. Gellius, sed et Cassius Hemina, qui illo tempore vi-
vebat, post annum factos tertium adfirmant Gn. Cornelio
Lentulo Lucio Mummio Achaico cons., id est anno DCVIII.
in XV virorum autem commentariis notantur sub anno
DCXXVIII *M.* Aemilio Lepido L. Aurelio Oreste cons.
quintos ludos *C.* Furnio C. Iunio Silano conss. anno
DCCXXXVII Caesar Augustus et Agrippa fecerunt. sextos
autem fecit Ti. Claudius Caesar se IIII et L. Vitellio III
cons. anno DCCC, septimos Domitianus se XIIII et L. Mi-
nucio Rufo cons. anno DCCCXLI, octavos imperatores
Septimius et M. Aurelius Antoninus Cilone et Libone
12 cons. anno DCCCCLVII. hinc animadvertere licet neque
post centum annos ut hi referrentur ludi statum esse,
neque post centum decem. quorum etiamsi alterutrum
retro fuisset observatum, non tamen satis id argumenti
esset quo quis his ludis saecula discerni constanter adfir-
met, praesertim cum ab urbis primordio ad reges ex-
actos, annos CCXLIIII, factos esse auctor sit nemo,

---

1. poetaelio cs *D*, poetelio cons· *V* antiatae *D* 2. pulloi · cos *D*, pulloi cons *V* 3. quingentesimo duodeuicesimo *V* 4. linio *DV* uarro *D* cos· *D*, cons· *V* 6. m manlio *DV* cos· *D*, cons· *V* 9. cn *DV* (*at vs. 8 uterque habet* gn) 10. mummo *DV* cos· *DV* δciii *DV* 11. sub annis *DV* 12. M. *om. DV* emilio *DV* cos· *D*, co *V*. 13. C *prius om. DV* conss· *DV* 14. aug. et agryppa *V* 15. t · claudius *DV* caesarsae· i·c·iii etlui'tellio *D*, caesar se·i·c·iii et l. uitellio *V* (l. uitellio *ex sil.*) 16. cos *D*, cons *V* (*item uterque proximo versu*) δometianus sex·iiii· *D* minuci *V* 17. impp. sept. et m. aur. *D*, imper. sept. et m. aur. *V* 18. nibone *V* 19. cos *D*, cons. *V* δccclull *DV* 20. ut hi] uti *V* statutum *V* 25. anno ccxliii *D* (*conf. ad p. 35 vs. 7*) ludos *ue* factos *add. Iahnus*

quod tempus procul dubio naturali maius est saeculo.
quod si quis credit ludis saecularibus saecula *, sola no- 13
minis origine inductus, sciat saeculares dici potuisse quod plerumque semel fiant hominis aetate, ut multa alia quae rara sunt post saeculum evenire loquentium consuetudo usurpat.

Sed nostri maiores, quod natura saeculum quantum esset exploratum non habebant, civile ad certum modulum annorum centum statuerunt. testis est Piso, in cuius annali septimo scriptum est sic: R o m a c o n d i t a a n n o DC s e p t i m u m s a e c u l u m o c c i p i t h i s c o n s u l i b u s q u i p r o x i m i s u n t c o n s u l e s, M. A e m i l i u s M. f i l i u s L e p i d u s, G. P o p i l i u s II a b s e n s. sed ut hunc annorum numerum constituerent nostri, non nihil causae fuit, primum quod multos suorum civium ad hunc aetatem perducere videbant, dein quod Etruscos, quorum prima saecula centenum fuerunt annorum, etiam hic ut
in aliis plerumque imitari voluerunt. praeterea fieri potest 14
quod refert Varro, quod Dioscorides astrologus scribit, Alexandriae inter eos qui mortuos sallunt constare hominem plus centum annos vivere non posse, idque cor hominum declarare eorum qui integri perierunt sine corporis tabe; ideo quod multis annis pendendo cor omnis aetatis incrementa et deminutiones conseruere: et anniculi pendere duas dragmas, bimi quattuor, et sic in annos singulos usque ad quinquaginta accedere binas; ab

---

2. cludi *ante* ludis *add. Lachmannus,* discerni *post* saecula *Carrio* 7. naturale *vulgo* *post* saeculum *DV ex p. 34 vs. 25 add.* CCXLIIII, *hic igitur recte* IIII, *non* III 8. ciuiLem *D*, ciuilē *V* 11. ·ð·septimo *DV*, *corr. Lachmannus* accipit *DV*, *corr. Scaliger* (coipit *coni. Mommsenus Chronol. Rom. p. 191*) 12. emiLius *D* M·F·laepidus *V* (M. F. *ex sil.*) sedut *V*, sedit *mutavit 1 m.* 15. haNc *DV* 16. producere *vulgo* 17. ut] et *V* 18. imitare *V* praeterea adferri *coni. Lachmannus* 19. quodque Dioscorides *vulgo* scripsit *V* 20. eos quae *V* sallunt *Lachmannus,* SOLENT *DV* 21 que cor hominum *Lachmannus*, iðcirco humaNum *DV* pependo *V* 24. conserue[NT] (NT *fortasse a pr. m*) *D* seruent *V*, observent *vulgo* 26. quinquaginta *V in*

iis centum dragmis abusque anno quinquagensimo item decedere in uno quoque binas; ex quo perspicuum sit centensimo anno redire ad anni primi pondus nec longius vitam posse producere.

15 Quoniam igitur civile Romanorum saeculum centum annis transigitur, scire licet in decimo saeculo et primum natalem tuum fuisse et hodiernum esse. quot autem saecula urbi Romae debeantur, dicere meum non est: sed quid apud Varronem legerim non tacebo, qui libro antiquitatum duodevicensimo ait fuisse Vettium Romae in augurio non ignobilem, ingenio magno, cuivis docto in disceptando parem: eum se audisse dicentem, si ita esset ut traderent historici de Romuli urbis condendae auguriis ac XII vulturis, quoniam CXX annos incolumis praeterisset populus Romanus, ad mille et ducentos perventurum.

18 Hactenus dictum de saeculo: nunc de annis maioribus dicam, quorum magnitudo adeo diversa tam gentibus observata quam auctoribus tradita est, ut alii annum magnum esse in annis vertentibus duobus, alii in multis milibus annorum arbitrati sint. quod quale sit, iam hinc
2 conabor absolvere. veteres in Graecia civitates cum animadverterent, dum sol annuo cursu orbem suum circumit, lunam novam interdum tridecies exoriri idque saepe alternis fieri, arbitrati sunt lunares duodecim menses et dimidiatum ad annum naturalem convenire. itaque annos civiles sic statuerunt, ut intercalando facerent alternos duodecim mensum, alternos tredecim, utrumque annum separatim vertentem, iunctos ambo annum magnum vocantes. idque tempus trieterida appellabant, quod tertio quoque anno intercalabatur, quamvis biennii circuitus et

---

1. his *V* abusque *Lachmannus*, aƀq, *D*, atq; *V* quinquagesimo *V* 3. centesimo *V* 7. quoƀ *D* 8. URBIS *D* 10. duodeuicesimo *V* 11. AUGORIO *D* ignorabilem *V* cuius *DV*, eius *m. rec. in V in marg.* ƀOCTO *D*, doctori *V et m. recentior in D*, doctiori *Lachmannus* 12. ESSENT *D* 13. tradebant *V* 14. cxx] ex x *DV* 18. tam] ETIAM *DV* 24. terdecies *vulgo*

re vera dieteris esset; unde mysteria, quae Libero alter-
nis fiunt annis, trieterica a poetis dicuntur. postea 3
cognito errore hoc tempus duplicarunt et tetraeterida
fecerunt: sed eam, quod quinto quoque anno redibat,
pentaeterida nominabant. qui annus magnus ex qua-
driennio commodior visus est * * solis annum constare ex
diebus CCCLXV et diei parte circiter quarta, quae I in
quadriennium diem conficeret. quare agon et in Elide 4
Iovi Olympio et Romae Capitolino quinto quoque anno
redeunte celebratur. hoc quoque tempus, quod ad solis
modo cursum nec ad lunae congruere videbatur, duplica-
tum est et octaeteris facta, quae tunc enneaeteris vocitata,
quia primus eius annus nono quoque anno redibat. hunc 5
circuitum vere annum magnum esse pleraque Graecia
existimavit, quod ex annis vertentibus solidis constaret,
ut proprie in anno magno fieri par est. nam dies sunt
solidi *II DCCCCXXII, menses solidi* uno minus centum,
annique vertentes solidi octo. hanc octaeterida vulgo cre-
ditum est ab Eudoxo Cnidio institutam, sed alii Cleostra-
tum Tenedium primum ferunt conposuisse et postea alios
aliter, qui mensibus varie intercalandis suas octaeteridas
protulerunt, ut fecit Harpalus, Nauteles, Menestratus, item
alii, in quis Dositheus, cuius maxime octaeteris Eudoxi
inscribitur. ob hoc in Graecia multae religiones hoc in- 6

---

1. ðɩeteres *D*, diesteres *d V* misteria *V* *post* Libero *vulgo add.* patri 3. tetrahetenɩða *DV* 4. seð eam *D*, sed ad eam *dV* 5. penteterida *V* 7. quae primum *DV*, quae unum *vulgo* 8. ełıðe *D*, aelide *V* 9. olimpio *V* capitolio *V* 10. a solis *D* 12. octeteris *D*, octo teris *V* aenneaeteris *V*, ennaeteris *Iahnus* 13. rediebat *d* huc *D* 14. graetia *V*, *corr. m. rec.* 16. propriae *D* 17. soli *D; dierum numerum et* menses solidi *add. Scaliger* minis *V* (*scilicet* soli diu nominis *V*[1], *unde* solidi uno minis *fecit m. rec.*) 18. hanc *om. V* octoaeterɩðam *DV* 19. alii *Iahnus*, an *D*, hanc *et tum* leostratum *V* 20. alius *V* 21. uariae *D* octoeteriðas *DV* 22. arpalus *D*, *corr. d* nautelis *DV* 23. octoaeteris *ɪ* ocaeteris *V*, *corr. d* 24. religiones *m. rec. in V*, regiones *D*

tervallo temporis summa caerimonia coluntur, Delphis quoque ludi qui vocantur Pythia post annum octavum olim conficiebantur. proxima est hanc magnitudinem quae vocatur dodecaeteris ex annis vertentibus duodecim.
7 huic anno Chaldaico nomen est, quem genethliaci non ad solis lunaeque cursus sed ad observationes alias habent adcommodatum, quod in eo dicunt tempestates frugumque proventus ac sterilitates, item morbos salubritatesque
8 circumire. praeterea sunt anni magni conplures, ut Metonicus, quem Meton Atheniensis ex annis undeviginti constituit, eoque enneadecaeteris appellatur et intercalatur septies, inque eo anno sunt dierum VI milia et DCCCCXL. est et Philolai Pythagorici annus ex annis quinquaginta novem, in quo sunt menses intercalares viginti et unus; item Callippi Cyziceni ex annis septuaginta sex, ita ut menses duodetriginta intercalentur; et Democriti ex annis LXXXII cum intercalariis perinde viginti
9 octo; sed et Hipparchi ex annis CCCIIII, in quo intercaletur centies decies bis. haec annorum magnitudo eo discrepat, quod inter astrologos non convenit quanto vel sol plus quam CCCLXV dies in anno conficiat vel luna
10 minus quam triginta in mense. ad Aegyptiorum vero annum magnum luna non pertinet, quem Graece κυνικόν, Latine canicularem vocamus, propterea quod initium illius sumitur, cum primo die eius mensis, quem vocant Aegyptii Θωυθοί, caniculae sidus exoritur. nam eorum annus civilis solum habet dies CCCLXV sine ullo intercalari: ita-

1. cerimonia *V* 3. proxime *V* 4. do deceteris *V* 5. geneethliaci *V* 7. aδcommodatas (as *d in ras.*) *D* 8. morbosque, *omisso* salubritates, *V* 9. metonticus *DV* 10. unδeuigenti *D* 11. enneacae|ceteris *D*, *m. 2 delevit* ceteris *et post* enneacae *in marg. adscr.* teris; ennea ceteris *V* 12. inq. *D* ui milia et accccxl *D*, ui et accccxl *V* 13. philolaus *DV* pythagori *V* 14. intercalaris *D*, intercalarii *coni. Halmius* 15. calippi *DV* cizicen *V* 16. δuoδetrigenta *D* 17. intercalares *DV* 19. cencies *V* 22. egyptiorum *V* 25. quam *D* aegipti *D* 26. θοθυοι *DV*, Θωυθί *Iahnus secundum Plin. 27, 12, 105* 27. solum *Halmius*, solus *DV*, solos *vulgo*

que quadriennium aput eos uno circiter die minus est
quam naturale quadriennium, eoque fit ut anno MCCCCLXI
ad idem revolvatur principium. hic annus etiam heliacos
a quibusdam dicitur, et ab aliis θεοῦ ἐνιαυτός. est prae- 11
terea annus quem Aristoteles maximum potius quam
magnum appellat, quem solis et lunae vagarumque quin-
que stellarum orbes conficiunt, cum ad idem signum, ubi
quondam simul fuerunt, una referuntur; cuius anni
hiemps summa est cataclysmos, quam nostri diluvionem
vocant, aestas autem ecpyrosis, quod est mundi incendium.
nam his alternis temporibus mundus tum exignescere
tum exaquescere videtur. hunc Aristarchus putavit an-
norum vertentium IICCCCLXXXIIII, Aretes Dyrrachinus
VDLII, Heraclitus et Linus XDCCC, Dion XDCCCLXXXIIII,
Orpheus CXX, Cassandrus tricies sexies centum milium:
alii vero infinitum esse nec umquam in se reverti exi-
stimarunt. sed horum omnium pentaeteridas maxime 12
notandis temporibus Graeci observant, id est quaternum
annorum circuitus, quas vocant olympiadas: et nunc apud
eos ducentesima quinquagensima quarta olympias nume-
ratur, eiusque annus hic secundus. idem tempus anni 13
magni Romanis fuit, quod lustrum appellabant, ita qui-
dem a Servio Tullio institutum, ut quinto quoque anno
censu civium habito lustrum conderetur, sed non ita a
posteris servatum. nam cum inter primum a Servio rege 14
conditum lustrum et id quod ab imperatore Vespasiano V

---

1. apud *V* 2. IICCCCLXI *D*, IICCCCLXI *V* 3. aδ δiem *D*, addiē *V* REUOLUITUR *D* ἡλιακὸς *vulgo* 4. a *om. V* 5. ARISTOTELIS *D* 9. hiems *V* catadysmos *V*[1], *corr. m. rec.* 11. 12. δum — δum *D* 12. ARISTHARCUS *D*, aristarcus *V* puTauit esse (auit *d in ras. et* esse *sup. vers.*) *D*, putauit esse *V vulgo* 13. IICCCCLXXXIIII *V* ARETIS *DV* δYRRACINUS *D*, dirracinus *V* 14. uδLII *V* heraclytus *V* xδccc *V* δION**| *D* ·X·δCCCLXXXIIII *V* 15. orfeus cxx *V* TRICICIES *DV* 17. PANTAHAETERIδAS *D*, pata·haeteridas *V* 19. olimpiadas *V* 20. quinquagesima *V* olimpias *V* 23. seruo *V*[1], *corr. m. 2* ut] ET *D* 24. CENS(25. seruo *V*

et *T*. Caesare III cons. factum est anni interfuerunt paulo minus DCL, lustra tamen per ea tempora non plura quam LXXII sunt facta et postea plane fieri desierunt.

15 rursus tamen annus idem magnus per Capitolinos agonas coeptus est diligentius servari, quorum agonum primus a Domitiano institutus fuit duodecimo eius et Servi Corneli Dolabellae consulatu. itaque hoc nunc anno qui celebratus est agon undequadragensimus numeratur. quod ad annos pertinet magnos in praesentia satis dictum: nunc de annis vertentibus dicendi locus.

19 Annus vertens est natura, dum sol percurrens XII

2 signa eodem unde profectus est redit. hoc tempus quot dierum esset ad certum nondum astrologi reperire potuerunt. Philolaus annum naturalem dies habere prodidit CCCLXIIII et dimidiatum, Aphrodisius CCCLXV et partem diei octavam, Callippus autem CCCLXV et Aristarchus Samius tantumdem et praeterea diei partem MDCXXIII, Meton vero CCCLXV et dierum quinque undevicensimam partem, Oenopides CCCLXV et dierum duum et viginti partem undesexagensimam, Harpalus autem CCCLXV et horas aequinoctiales XIII, at noster Ennius CCCLXVI.

3 plerique praeterea inconprehensibile quiddam et inenuntiabile esse existimarunt, sed pro vero quod proximum putabant amplexi sunt, dies scilicet CCCLXV.

4 Igitur cum tanta inter viros doctissimos fuerit dissensio, quid mirum si anni civiles, quos diversae civitates

---

1. T. *om. DV* caesar ter cōs· *D*, caesare ter cons· *V* interfuerint *vulgo* 3. lxxii *DV*, *corr. Borghesius Oeuvres epigr. II p. 78 ss.* (*conf. Mommsen. Chronol. Rom. p. 169*) 6. dometiano *D* die *ante* duodecimo *add. DV* sergi *DV* 8. undequadragesimus *V* 12 sîg: *D*, sîg *V* quod *D*, *corr. d* 13. repperire *D* 14. pylolaus *DV* 16. aristharcus *DV m. rec.*, aristarcus *V*[1] 17. tantundem *et in marg.* dū *V* mille dcxxiii *D*, millē dcxxii *V*; *post hunc numerum d super vs. add.* sūp, *V in vs.* sup 18. undeuicesimam *V* 19. uenopides *DV* 20. undesexagesimam *V* 21. XII *coni. Scaliger* ad *D* 22. inconpraehensibile *D* quidem et enuntiabile *DV*; *olim fuisse videtur* quid nec (neq. *Halmius*) enuntiabile 23. proximam *D*

rudes etiam tum sibi quaeque statuebant, tam inter se discrepent quam cum illo naturali non congruant? et in Aegypto quidem antiquissimum ferunt annum menstruum fuisse, post deinde ab Isone rege quadrimenstrem factum, novissime Arminon ad XIII menses et dies quinque perduxisse. item in Achaia Arcades trimestrem an- 5
num primo habuisse dicuntur, et ob id proselenoe appellati, non, ut quidam putant, quod ante sint nati quam lunae astrum caelo esset, sed quod prius habuerint annum *quam* is in Graecia ad lunae cursum constitueretur. sunt qui tradunt hunc annum trimestrem Horon insti- 6
tuisse, eoque ver aestatem autumnum hiemem horas et annum *horon* dici, et Graecos annales horus, eorumque scriptores horographos. itaque quattuor annorum circuitum in modum pentaeteridis annum magnum dicebant. Cares autem et Acarnanes semenstres habuerunt annos 7
et inter se dissimiles, quibus alternis dies augescerent aut senescerent, eosque coniunctos velut trieterida annum magnum.

Sed ut hos annos omittam caligine iam profundae 20
vetustatis obductos, in his quoque, qui sunt recentioris memoriae et ad cursum lunae vel solis instituti, quanta sit varietas facile est cognoscere, si quis vel in unius Italiae gentibus, ne dicam peregrinis, velit inquirere. nam

---

1. ιam *D* 2. congregant *V*, *corr. m. 2 in marg.* 3. menstruum *coni. Iahnus*, menstrem (em *in ras. trium litt.*) *D*, bimenstrem *V*, bimestrem *vulgo* 5. nouissimae *D* xiii * *D*, xiii· *V* 6. in adiaia *V* trimenstrem *V* 7. proselenam *D*, prose lęnam *V* appellati*ut *D*, appellat id ut *d*, appellant· Id ut *V* 9. coelo *V* 10. quam *om. DV* his *V* constituaerentur *D*, constituerentur *d V* 11. trimenstrem *V* 12. horus *DV*, ὥρας *vulgo* 13. horon *om. DV*, ὧρον *vulgo* grecos *V*, *corr. m. rec.* horus *DV*, ὥρους *vulgo* eorum, *omisso* que, *V* 14. scribtores *D* ὡρογράφους *vulgo* circuitu *DV* 15. pentaheteridis *DV* 16. semēstres *D* 17. et *erasum in D*, *habet V* 18. triheterida *D* 20. omitam *V* caliginem *D* 21. r^ tustatos *D*, *corr. d* recentiores *D*

ut alium Ferentini alium Lavinii itemque Albani vel Ro-
mani habuerunt annum, ita et aliae gentes. omnibus ta-
men fuit propositum suos civiles annos varie intercalandis
mensibus ad unum illum verum naturalemque corrigere.
2 de quibus omnibus disserere quoniam longum est, ad
Romanorum annum transibimus.

Annum vertentem Romae Licinius quidem Macer et
postea Fenestella statim ab initio duodecim mensum fu-
isse scripserunt: sed magis Iunio Gracchano et Fulvio et
Varroni et Suetonio aliisque credendum, qui decem men-
sum putarunt fuisse, ut tunc Albanis erat, unde orti Ro-
3 mani. hi decem menses dies CCCIIII hoc modo habebant:
Martius XXXI, Aprilis XXX, Maius XXXI, Iunius XXX,
Quintilis XXXI, Sextilis et September tricenos, October
XXXI, November et December XXX; quorum quattuor
4 maiores pleni, ceteri sex cavi vocabantur. postea sive a
Numa, ut ait Fulvius, sive, ut Iunius, a Tarquinio XII
facti sunt menses et dies CCCLV, quamvis luna XII suis
mensibus CCCLIIII dies videbatur explere. sed ut dies
unus abundaret, aut per inprudentiam accidit, aut, quod
magis credo, ea superstitione qua inpar numerus plenus
5 et magis faustus habebatur. certe ad annum priorem
unus et quinquaginta dies accesserunt: qui quia menses
duo non explerent, sex illis cavis mensibus dies sunt sin-
guli detracti et ad eos additi, factique dies LVII, et ex
his duo menses, Ianuarius undetriginta dierum, Februa-
rius duodetriginta. adque ita omnes menses pleni et in-
pari dierum numero esse coeperunt, excepto Februario,
qui solus cavus et ob hoc ceteris infaustior est habitus.
6 denique cum intercalarium mensem viginti duum vel vi-

---

1. FERENTI*ni* (ni *in ras.*) *D* 3. uariae *DV* 8. mensium *V* 9. GRACCHANO *D perspicue ante ras.*, GRACCH**O *d*, graccho *V* 12. CCCIII *DV* 14. OCTUBER *D* 15. tricenos *Iahnus* 16. a Numa] ANNUM *D* 18. facti — luna XII *V*[1] *in ras.* 24. illis] his *V* dies *om. V* 25. FACTIque (ac *in ras. trium litt.*) *D* LXII *DV* 26. fabruarius *V* 27. atque *V* mense *D*, *corr. d* 30. mensum (u *in ras.*) *D*, mensu^{u}m *d*, mensiū *V*

ginti trium dierum alternis annis addi placuisset, ut civi-
lis annus ad naturalem exaequaretur, in mense potissimum
Februario inter terminalia et regifugium intercalatum est,
idque diu factum prius quam sentiretur annos civiles ali-
quanto naturalibus esse maiores. quod delictum ut corri-
geretur, pontificibus datum negotium eorumque arbitrio
intercalandi ratio permissa. sed horum plerique ob odium 7
vel gratiam, quo quis magistratu citius abiret diutiusve
fungeretur aut publici redemtor ex anni magnitudine in
lucro damnove esset, plus minusve ex libidine intercalando
rem sibi ad corrigendum mandatam ultro quod deprava-
runt, adeo aberratum est ut G. Caesar pontifex maximus 8
suo III et M. Aemilii Lepidi consulatu, quo retro delictum
corrigeret, duos menses intercalarios dierum LXVII in
mensem Novembrem et Decembrem interponeret, cum
iam mense Februario dies III et XX intercalasset, faceret-
que eum annum dierum CCCCXLV, simul providens in
futurum ne iterum erraretur: nam intercalario mense
sublato annum civilem ad solis cursum formavit. itaque 9
diebus CCCLV addidit decem, quos per septem menses,
qui dies undetricenos habebant, ita discriberet, ut Ianua-
rio et Sextili et Decembri bini accederent, ceteris singuli;
eosque dies extremis partibus mensium adposuit, ne sci-
licet religiones sui cuiusque mensis a loco summoveren-
tur. quapropter nunc cum in septem mensibus dies sin- 10
guli et triceni sint, quattuor tamen illi ita primitus instituti
eo dinoscuntur quod nonas habent septimanas, ceteri tres
[omnes alii reliqui] quintanas. praeterea pro quadrante

---

3. interminalia *V* 5. διLECTUM *D* 8. *post* abiret *V* *add.* diutius abiret δIUTIUSQUE *DV* 9. redeptor *d* 10. MINUSUEL *D* LIUIδINE *DV* INTERKALANδO *D*, intercalandi *V* 11. ultro quod *Halmius* (quia *Lachmannus*), ULTROQ. *D*, ultroque *V*, utroq; *m. rec. in V in marg.* 13. AEMILIO *D*, ęmili *V* 14. LXIIII *DV* 18. INTERKALARIO *D*

21. discriberet *Halmius*, δISCRIBE[t]*** *D*, distribuit *V* *vulgo* 22. *post* Decembri *D* *add.* NE 23. MENSIUM *D* *ante ras.* *V*, mensuum *d* 24. regiones *V* 28. omnes alii reliqui *eiecit* *Modius*, omnesque reliqui *coni.* *Lachmannus*

diei, qui annum verum suppleturus videbatur, instituit ut
peracto quadrienni circuitu dies unus, ubi mensis quondam
solebat, post terminalia intercalaretur, quod nunc bis-
11 sextum vocatur. ex hoc anno ita a Iulio Caesare ordinato
ceteri ad nostram memoriam Iuliani appellantur, eique
consurgunt ex quarto Caesaris consulatu. qui etiam si
optimo * *, non soli tamen ad annum naturae aptati sunt:
nam et priores anni, etiam si qui decemmenstres fuerunt,
nec Romae modo vel per Italiam, sed et aput gentes
12 omnes, quantum poterat, idem fuerunt correcti. itaque
cum de aliquo annorum numero hic dicetur, non alios
par erit quam naturales accipere.

Et si origo mundi in hominum notitiam venisset, inde
21 exordium sumeremus: nunc vero id intervallum temporis
tractabo quod historicon Varro appellat. hic enim tria
discrimina temporum esse tradit, primum ab hominum
principio ad cataclysmum priorem, quod propter ignoran-
tiam vocatur adelon, secundum a cataclysmo priore ad
olympiadem primam, quod, quia multa in eo fabulosa
referuntur, mythicon nominatur, tertium a prima olym-
piade ad nos, quod dicitur historicon, quia res in eo ge-
2 stae veris historiis continentur. primum tempus, sive
habuit initium seu semper fuit, certe quot annorum sit
non potest conprehendi. secundum non plane quidem
scitur, sed tamen ad mille circiter et sescentos annos esse
creditur. a priore scilicet cataclysmo, quem dicunt et
Ogygii, ad Inachi regnum annos circiter CCCC * *, hinc

---

2. peRacto* *D* quadriennii *V* menses *D* 7. obtimo *V*, optime *Iahnus sine lacunae nota* 8. anni *Lachmannus*, alii *DV* 9. apud *V* 10. poterat idem *Carrio*, pote*** dē *D*, postea idē *d*, postea idem *V* 11. diceretur non alius *D* 15. historicon (con *in ras.*) *D*, ἱστορικὸν *vulgo* 17. quod — adelon *om. V* 18. *adelon *D*, ἄδηλον *vulgo* a cataclysmo priore *om. V* priorem *D* 20. μυθικὸν *vulgo* 21. ἱστορικόν *vulgo* 22. tempum *D*, *corr. d* 23. quod *D* 24. conpraehendi *D*, conp̄hendi *V* 26. et Ogygii *L. de Ian*, erogycii *D*, erogicii *V*, et *vulgo om.* 27. iachi *V* annis *V*, anni sunt *Iahnus* quadrigenti *D*, quadringenti *V vulgo; in*

ad olympiadem primam paulo plus CCCC. quos solos,
quamvis mythici temporis postremos, tamen quia a me-
moria scriptorum proximos quidam certius definire
voluerunt. et quidem Sosibius scripsit esse CCCXCV, 3
Eratosthenes autem septem et quadringentos, Timaeus
CCCCXVII, Aretes DXIIII, et praeterea multi diverse, quo-
rum etiam ipsa dissensio incertum esse declarat. de ter- 4
tio autem tempore fuit quidem aliqua inter auctores dis-
sensio in sex septemve tantummodo annis versata: sed 5
hoc quodcumque caliginis Varro discussit, et pro cetera
sua sagacitate nunc diversarum civitatium conferens tem-
pora, nunc defectus eorumque intervalla retro dinume-
rans eruit verum lucemque ostendit, per quam numerus
certus non annorum modo sed et dierum perspici possit.
secundum quam rationem nisi fallor hic annus, cuius 6
velut index et titulus quidam est V. C. Pii et Pontiani con-
sulatus, ab olympiade prima millensimus est et quartus
decimus, ex diebus dumtaxat aestivis, quibus agon Olym-
picus celebratur; a Roma autem condita nongentensimus
nonagensimus primus, et quidem ex Parilibus, unde urbis
anni numerantur; eorum vero annorum quibus Iulianis 7
nomen est ducentesimus octogensimus tertius, sed ex
die Kal. Ianuariarum, unde Iulius Caesar anni a se con-
stituti fecit principium; at eorum qui vocantur anni Au- 8
gustorum ducentesimus sexagensimus quintus, perinde

---

lacuna haec fere exciderunt computarunt, hinc ad excidium Troiae annos DCCC (*conf. Iahni adnotationem et H. Kettnerum, Varronische Studien p. 46 s.*) 1. olimpiadem *V* quaδRIGENTI *DV*, quadringenti *vulgo* 2. mytichi *V* 3. SCRIBTORUM *D* 5. EMTOSTHENES *DV* QUATRIGENTOS *D* TIMEUS *D*, itimeus *V* 6. ERETES *DV*, Crates *coni. Iahnus* δCIIII *V*[1], *corr. m. 2* 8. ACTORES *D*, *corr. d* 11. CONTERENS *DV* 12. *din*UMERANS (din *in ras.*) *D* 15. ANUS *D* 16. quidam *om. Iahnus* V. C. (*i. e. virorum clarissimorum*) Pii *Borghesius in Ann. inst. archaeol. a. 1856 p. 48*, UTPII *DV*, Ulpii *vulgo* pontiam *V* 17. MILENSIMUS *D*, millesimus *V* 19. nongentesimus nonagesimus *V* 20. URB*S *D*, urbes *d* 22. octogesimus *V* 23. KL *D*, k *et* l *perscripta V* (*item vs. 6*) IUNIARUM *DV* 24. aδ *D* 25. sexagesimus *V*

ex Kal. Ianuariis, quamvis ex ante diem XVI Kal. Febr.
imperator Caesar, Divi filius, sententia L. Munati Planci
a senatu ceterisque civibus Augustus appellatus est se VII
9 et M. Vipsanio Agrippa III cons. sed Aegyptii, quod bien-
nio ante in potestatem dicionemque populi Romani vene-
runt, hunc Augustorum annum ducentesimum sexagen-
simum septimum *numerant*. nam ut a nostris ita ab
Aegyptiis quidam anni in litteras relati sunt, ut quos Na-
bonnazaru nominant, quod a primo imperii eius anno
consurgunt, quorum hic nongentesimus octogensimus sex-
tus est; item Philippi, qui ab excessu Alexandri Magni
numerantur et ad hunc usque perducti annos DLXII con-
10 summant. sed horum initia semper a primo die mensis
eius sumuntur cui apud Aegyptios nomen est Thouth,
quique hoc anno fuit ante diem VII Kal. Iul., cum abhinc
annos centum imperatore Antonio Pio II Bruttio Prae-
sente Romae consulibus idem dies fuerit ante diem XIII
Kal. Aug., quo tempore solet canicula in Aegypto facere
11 exortum. quare scire etiam licet anni illius magni, qui,
ut supra dictum est, solaris et canicularis et dei annus
12 vocatur, nunc agi vertentem annum centensimum. initia
autem istorum annorum propterea notavi, ne quis eos aut
ex Kal. Ianuariis aut ex aliquo tempore simul putaret inci-
pere, cum *in* his conditorum voluntates non minus diversae
13 sint quam opiniones philosophorum. idcirco aliis a novo
sole, id est a bruma, aliis ab aestivo solstitio, plerisque
ab aequinoctio verno, partim ab autumnali aequinoctio,

---

1. ex *prius om. V* IANUARIAS *D*, ianuar̄ *V* ex] et *V* 2. IMP̄·CAES *D*, imp̄caes̄ *V* 3. Augustus *om. V* SI SEPTIES *D*, se septies *V* 4. agippa cons̄·, *omisso* III, *V* 7. numerant *add. Iahnus* 8. nabonnazarii *V* 10. octogesimus *V* 14. Thoyth *Iahnus* 16. imp̄. *V* II *Halmius*, ET *DV*, II et *vulgo* 17. CONSULIB: *D* FUERUNT *DV* XII *DV*, *corr. Scaliger* 18. KI (I *deleta*) augs· *V* 20. est *om. V* COLARIS *DV* 21. centesimum *V* 23. aliquo] *immo* alio quo 24. in his *Nagelius*, his *DV*, hic *Lachmannus* 25. phylosophorum *V* ALIIS *D ante ras.*, alii *dV* 26. ABRŪ | ALIAB *D*, a brumali·ab *V* PLERIQUE *DV*

quibusdam ab ortu vergiliarum, nonnullis ab earum occasu, multis a canis exortu incipere annus naturalis videtur.

Mensium genera duo: nam alii sunt naturales, alii 22
civiles. naturalium species duae, quod partim solis par- 2
tim lunae esse dicuntur. secundum solem fit mensis, dum sol unum quodque in zodiaco orbe signum percurrit; lunaris est autem temporis quoddam spatium a nova luna.
civiles menses sunt numeri quidam dierum quos una 3
quaeque civitas suo instituto observat, ut nunc Romani a kalendis in kalendas. naturales et antiquiores et omnium gentium communes sunt, civiles et posterius instituti et
ad unam quamque pertinent civitatem. qui sunt caelestes, 4
sive solis seu lunae, neque peraeque inter se pares sunt nec dies habent totos. quippe sol in aquario moratur circiter undetriginta, in pisce fere triginta, in ariete unum et triginta, in geminis prope triginta et duos, et sic in ceteris inaequabiliter, sed usque adeo non totos dies in singulis, ut annum suum, id est dies CCCLXV et portionem nescio quam adhuc astrologis inexploratam, in
XII suos dividat menses. luna autem singulos suos men- 5
ses conficit diebus undetriginta circiter et dimidiato, sed et hos inter se dispares, alias longiores, alias breviores. at civitatium menses vel magis numero dierum inter se
discrepant, sed dies ubique habent totos. apud Albanos 6
Martius est sex et triginta, Maius viginti duum, Sextilis duodeviginti, September sedecim: Tusculanorum Quintilis dies habet XXXVI, October XXXII, idem October apud
Aricinos XXXVIIII. minime videntur errasse qui ad lu- 7
nae cursum menses civiles adcommodarunt, ut in Graecia plerique, apud quos alterni menses ad tricenos dies sunt

---

2. MULTI* *D*, *corr. d* 4. MENSIUM *D ante ras. V*, mensum *d* 14. PARTES *DV* 16. UNDEXXX *DV* PISCE (e *in ras.*) *D* 16. XXX — UNUM ET XXX — XXX ET DUOS *DV* (*super ultimum* XXX V^2 *add.* ta) 22. UNDETRIGENTA *D* 24. NUMEROS *D* 26. UIGINTI IDUUM *D*, uiginti et duum *vulgo* 27. QUINTILES *D*

8 facti. maiores quoque nostri idem sunt aemulati, cum
annum dierum CCCLV haberent. sed Divus Iulius cum
videret hac ratione neque ad lunam menses, ut oporte-
bat, neque annos ad solem convenire, maluit annum cor-
rigere, ut sic etiam menses civiles cum veris illis sola-
ribus, etsi non singuli, tamen universi ad anni finem
necessario concurrerent.
9 Nomina decem mensibus antiquis Romulum fecisse
Fulvius et Iunius auctores sunt. et quidem duos primos
a parentibus suis nominasse, Martium a Marte patre,
Aprilem ab Aphrodite, id est Venere, unde maiores eius
oriundi dicebantur. proximos duos a populo, Maium a
maioribus natu, Iunium a iunioribus. ceteros ab ordine
quo singuli erant, Quintilem usque Decembrem perinde
10 a numero. Varro autem Romanos a Latinis nomina men-
sum accepisse arbitratus auctores eorum antiquiores quam
11 urbem fuisse satis argute docet. itaque Martium mensem
a Marte quidem nominatum credit, non quia Romuli fue-
rit pater, sed quod gens Latina bellicosa. Aprilem autem
non ab Aphrodite, sed ab aperiendo, quod tunc ferme
cuncta gignantur et nascendi claustra aperiat natura.
12 Maium vero non a maioribus, sed a Maia nomen acce-
pisse, quod eo mense tam Romae quam antea in Latio
res divina Maiae fit et Mercurio. Iunium quoque a Iu-
none potius quam iunioribus, quod illo mense maxime
13 Iunoni honores habentur. Quintilem, quod loco iam apud
Latinos fuerit quinto, item Sextilem ac deinceps ad De-
cembrem a numeris appellatos. ceterum Ianuarium et

2. HABENT *DV* 3. RATIONE quae aδ *DV* 4. annos *Halmius*, ANNO *DV*, annum *vulgo* maluit] ALIUδ *D* 5. civiles *Lachmannus*, UEL *DV* 7. CONCURRENT *D* 12. a *post* Maium *om. V* 13. CETERIS *DV* 16. ARBITRANTUR *D*, arbitratur *d V*, *corr. Iahnus* ACTORES *D*, autores *d* 17. argute *Carrio*, ARKTI *D*, arkiti *d*, arkyti *V* 20. AFROδITE *DV* FERRE *D*, fere *V vulgo* 25. MAXIMAE *D* 26. LOCO IAM *D*, ĩoiam *V* 27. quinto *m. rec. in D in ras.* SEXTILE *D* 28. NUMIS APPELLATUS *D*

Februarium postea quidem additos, sed nominibus iam
ex Latio sumptis; et Ianuarium ab Iano, cui adtributus
est, nomen traxisse, Februarium a februo. est februum 14
quidquid piat purgatque, et februamenta purgamenta,
item februare purgare et purum facere. februum autem
non idem usquequaque dicitur: nam aliter in aliis sacris
februatur, hoc est purgatur. in hoc autem mense Lu- 15
percalibus, cum Roma lustratur, salem calidum ferunt,
quod februum appellant, unde dies Lupercalium proprie
februatus et ab eo porro mensis Februarius vocitatur.
ex his duodecim mensibus duorum tantum nomina inmu- 16
tata. nam Quintilis Iulius cognominatus est C. Caesare V
et M. Antonio cons. anno Iuliano secundo: qui autem
Sextilis fuerat, ex SC. Marcio Censorino C. Asinio Gallo
cons. in Augusti honorem dictus est Augustus anno Au-
gusti vicensimo. quae nomina etiam nunc ad hanc per-
manent memoriam. postea vero multi principes nomina 17
quaedam mensium inmutaverunt suis nuncupando nomi-
nibus; quod aut ipsi postmodum mutaverunt, aut post
obitum eorum illa nomina pristina suis reddita mensibus.

Superest pauca de die dicere, qui, ut mensis aut an- 23
nus, partim naturalis partim civilis est. naturaliter dies 2
est tempus ab exoriente sole ad solis occasum, cuius con-
trarium tempus est nox ab occasu solis ad exortum. civi-
liter autem dies vocatur tempus quod fit uno caeli circum-
actu, quo dies verus et nox continetur, ut cum dicimus
aliquem dies XXX tantum vixisse: relinquitur enim etiam
noctes intellegere. huius modi dies ab astrologis et civi- 3

---

3. FEBRUM *DV* 4. quicquid *V* PIAT *D*, ex *initio superscr. d*, expiat *V vulgo* 5. FEBRUM *DV*, *item uterque vs. 9* 12. NAM QUI IULIUS *DV* 13. ET MANTUNIO *DV* C̄OS· *D*, CONS̄· *V*, *item uterque vs. 15* 14. EXC· MARCO *DV* C. Asinio] CASINIO *DV* 15. augustio uincesimo *V* 20. *post* mensibus *vulgo add.* sunt 22. NATURA**** (*rasura quattuor quinqueve litt.*) *D*, naturales *d*, naturalis *V vulgo* 23. a SOLIS *D* 24. est tempus *V* civilis *vulgo* 25. CIRCUMACTUM QUOD *D* 27. XXX] ta *superscr. m. 2 in V*

tatibus quattuor modis definitur. Babylonii quidem a solis exortu ad exortum eiusdem astri diem statuerunt, at in Umbria plerique a meridie ad meridiem, Athenienses autem ab occasu solis ad occasum. ceterum Romani a media nocte ad mediam noctem diem esse existimarunt.
4 indicio sunt sacra publica et auspicia etiam magistratuum, quorum si quid ante medium noctis est actum, diei qui praeteriit adscribitur, si quid autem post mediam noctem et ante lucem factum est, eo die gestum dicitur qui eam
5 sequitur noctem. idem significat quod qui a media nocte ad proximam mediam noctem in his horis quattuor et
6 viginti nascuntur eundem diem habent natalem. in horas XII diem divisum esse noctemque in totidem vulgo notum est: sed hoc credo Romae post reperta solaria observatum. quorum antiquissimum quod fuerit inventu difficile est: alii enim apud aedem Quirini primum statutum dicunt, alii in Capitolio, nonnulli ad aedem Dianae
7 in Aventino. illud satis constat, nullum in foro prius fuisse quam id quod M. Valerius ex Sicilia advectum ad rostra in columna posuit. quod quoniam ad clima Siciliae descriptum ad horas Romae non conveniret, L. Philippus censor aliud iuxta constituit. deinde aliquanto post P. Cornelius Nasica censor ex aqua fecit horarium, quod et ipsum ex consuetudine noscendi a sole horas solarium
8 coeptum vocari. horarum nomen non minus annos trecentos Romae ignoratum esse credibile est: nam XII tabulis nusquam nominatas horas invenies, ut in aliis postea legibus, sed ante meridiem, eo videlicet quod partes

---

1. BABYLLONI *D*, babilonii *V* quidam *DV* 3. ATHENIENSIS *D* 8. PRAETERIT *D*, preteriit *V* 9. DICETUR *DV* quiaeam *D* 12. ORAS *D* 15. INUENTUM *D* 17. CAPITOLI|*no* *D* (no *d adscr. extremo versu, proximi autem versus initio una littera erasa est*), capitulino *V* 18. ILLOS *D* 20. q̃m *D*, cum *V vulgo* ACLIMMA *D*, aclimmate *d*, a climate *V* 21. ORAS *DV* (*in V* h *add. in marg. m. rec.*) 23. p. corñ *V* NAMSICAENSOR *D* 24. HORARUM *D* 25. TRAECENTOS *D* 26. duodecim *V*

diei bifariam tum divisi meridies discernebat. alii diem 9
quadripertito, sed et noctem similiter dividebant. idque
consuetudo testatur militaris, ubi dicitur vigilia prima,
item secunda et tertia et quarta.

Sunt etiam plura noctis et diei tempora aliis subno- 24
tata propriisque discreta nominibus, quae apud veteres
poetas passim scripta inveniuntur. ea omnia ordine suo
exponam. incipiam a nocte media, quod tempus princi-
pium et postremum est diei Romani. tempus quod huic
proximum est vocatur de media nocte: sequitur gal- 2
licinium, cum galli canere incipiunt; dein contici-
nium, cum conticuerunt; tunc ante lucem, et sic
diluculum, cum sole nondum orto iam lucet. secun- 3
dum diluculum vocatur mane, cum lux videtur sole *orto;*
post hoc ad meridiem; tunc meridies, quod est
medii diei nomen; inde de meridie; hinc suprema.
quamvis plurimi supremam post occasum solis esse existi-
mant, quia est in XII tabulis scriptum sic, solis occa-
sus suprema tempestas esto: sed postea M. Plae-
torius tribunus plebiscitum tulit, in quo scriptum est
Praetor urbanus qui nunc est quique posthac
fuat duo lictores apud se habeto iusque *ad*
supremam [ad solem occasum iusque] inter cives
dicito. post supremam sequitur vespera, ante ortum 4
scilicet eius stellae quam Plautus vesperuginem, Ennius

---

1. alIIS *D ante ras., corr. d* die *DV* 3. consuetudo *Lachmannus*, SIMILITUDO *DV* 5. TEMPORALI SUBNOTATA *D*, tempora subnotata *V* 7. SCRIBTA *D* 11. CONTICIUM *DV*, conticuum *coni. L. de Ian* 13. DELUCULUM *D*, diculum *V*, *corr. m. rec. in V* 14. orto *coniectura addidi* 16. MEDI *DV* 19. ESTO *D*, *sed* o *erasa* PLETORIUS *DV* 20. SCRIBTUM *D* 21. pretor *V* 22. fuat *Modius*, FIAT *DV* licores *V* iusque ad *R. Schoellius legis XII tabul. rel. p. 3 s.*, isque *DV*, usque *Lachmannus* 23. ad solem occasum *ab ipso Censorino explicandi gratia addita esse suspicatur Schoellius* 24. DIC*TO (DICITO *ante ras.*) *D* uesperANTEORUM *D*, uesperanteeorum *d*, uesp · antetorum *V* 25. PLAUSTUS *D*, *corr. d* *Plaut. Amphitr. I 1, 119*

5 vesperum, Vergilius hesperon appellat. inde porro crepusculum, sic fortasse appellatum quod res incertae
6 creperae dicuntur idque tempus noctis sit an diei incertum est. post id sequitur tempus quod dicimus luminibus accensis: antiqui prima face dicebant; deinde concubium, cum itum est cubitum; exinde intempesta, id est multa nox, qua nihil agi tempestivum. tunc [cum] ad mediam noctem dicitur, et sic media nox * * *

---

1. uirgilius *V* *Verg. ecl. 8, 30. 10, 77* appellant *V* 3. INCERTE CREPERE *D* 6. COMITUM EST COBITUM *D* 7. quia *d V* 8. ad media *D*

FRAGMENTUM

CENSORINO ADSCRIPTUM.

DE NATURALI INSTITUTIONE. 1

Initia rerum eadem elementa et principia dicuntur.
ea stoici credunt tenorem adque materiam. tenorem, qui
rarescente materia a medio tendat ad summum, eadem
concrescente rursus a summo referatur ad medium. Tha-
les Milesius aquam principium omnium dixit, et alias opi-
niones supra rettuli. Stoicorum opinio probanda, qui cum 2
arte conpositum mundi opus considerarent, introduxe-
runt naturam providam ac sapientiam, quam ordo inper-
mutabilis ostenderet, *et* industria factum pronuntiaverunt.
sive perpetuus sive longaevus est mundus et in flammas 3
abit et vicissim ex flammis renovatur ac restituitur, du-
rantibus tamen principiis, nec reccidere ad nihilum videri
potest, quod in se deficit *et* in se regignitur. et constat 4
quidem quattuor elementis, terra, aqua, igne, aere.
cuius principalem solem quidam putant, ut Cleanthes; et
Chrysippus aethera, cuius motu perenni subiecta tenen-
tur et administrantur, et ipse quidem aether nihil pati-
tur; aer aethera supra, infra aquam; aera supra aqua,
infra terram. terra omnia ex se omnium permixtione 5

DE NATURALI INSTITUTIONE *cet. nullo spatio interposito ultima Censorini sequuntur in DV* 3. atque *V* 5. assummo *D* TALES *D* 7. RETTULLI *D* 8. opus mundi *V* 10. et *om. DV* 12. *ABUT (HABUT *ante ras.*) *D* et uicissim *d in ras.* 14. DEFICUT *D, tum* et *om. DV* 16. CLEANTES ET CRYSIPPUS *DV* et] at *Iahnus secundum Manutium,* set *coni. Halmius* 18. AETER *D* 19. AERA AETHERA — SUPRA aquam *DV, corr. L. de Ian et L. Urlichsius in Mus. Rhen. XI p. 159* 20. OMNI exe *D*, omni sex, *omisso* se, *V* PERMIXTIO *D*

progignit, et temperantia fovetur, intemperantia laeditur. invicem porro elementa succedere et interitu singulorum universa fieri sempiterna manifestum est.

2 DE CAELI POSITIONE.

Caelum circulis quinque distinguitur. quorum duo extremi maxime frigidi, australis humillimus et aquilonius excelsissimus. his utrimque proximi duo paralleloe vocantur, ut ita dixerim, aeque distantes, idem tropici, idem solistitiales; alter hibernus, per quem sol transmittens octava parte capricorni solistitium hibernum facit; alter aestivus, per quem sol octava parte cancri solistitium
2 aestivum facit. medius est aequinoctialis, qui octava parte arietis aequinoctium vernum, octava librae autumnale constituit.

Ut circuli *in* caelo, ita in terra: zonae vocantur. inhabitabilis infra frigidus circulus ob rigorem * * quod ab his longissime sol abest, item intra calidus aequinoctialis,
3 quod sub vertice solis est. sub quo quidam habitare dicunt * †cydropiae et Aethiopiae maximam partem, item plurimas insulas maris rubri aliosque vertices eminentiasque terrarum nostris ampliores. sub tropicis habitare nihil dubium est. noster solistitialis aestivus est excelsus
4 adque arduus. divisi a nobis circulo aequinoctiali antichthones nominantur. videntur humiles adque depressi [qui-

---

2. succidere *D* 7. parallelae *D*, parallele *V* 9. solstitiales *V* transmittens octauam partem *DV*, transiens et tenens octavam partem *Iahnus ex schol. Germanici* 10. 11. solstitium *V* 15. in *om. DV* 16. *post* rigorem *adde* item supra *vel* item is qui supra est quo ab *V* 17. item in radios aequinoctiales *DV* (*sed extremam* s *in D add. m. 2*), item medius aequinoctialis *cod. Manutii* 18. dicunt] putant *V* 19. cydrop^{i}ae *d in ras.*, cydropiae *V*, Gedrosiae *Urlichsius* ethiopiae *DV* 22. solstitialis *V* 23. atque *V* antichthones] actiones *DV* (*correxit vetus ille grammaticus qui glossema, quod nunc infra legitur post* terrarum, *adscripsit*), antistones *m. rec. in V in marg.* 24. atque *V*

busque antipodes infra sunt], quod ut posse videatur, efficiunt flexus obliquitatesque terrarum. [antictones idem et antistoche et antiscepe nominantur.]

Incipit signifer non ab extremo circulo nec ad extremum pertenditur, sed ab infimo tropico australi brumalique eodem per aequinoctialem ad summum solistitialem eundemque aestivalem per medium longitudinis
latitudinisque porrectus *in* obliquum. circuli signiferi 5
partes CCCLX, signa duodecim, partium singula tricenarum, quorum quaedam minora, quaedam ampliora [et †poploe anafora dicuntur]: sed conpensatio *in* quinque partes creditur adplicari, ut sint omnes signiferi partes CCCLXV. horum incipientia ab ariete altera sunt [masculinis femininis] masculorum natalibus, alia feminarum
convenientia. item quartum quodque eorum aut tropi- 6
cum aut solidum aut biforme. incipiet dinumeratio ab ariete, quod signum tropicum est. tropicorum duo sunt aequinoctialia, *aries* et libra, duo solistitialia, capricornus et cancer, tropicis proxima solida, anteposita his biformia.

DE STELLIS FIXIS ET †STANTIBUS. 3

Stellarum aliae cum caelo feruntur, ideoque quod non excedunt suos locos fixae nominantur, aliae contra

---

2. *voluit glossator* antichthones idem et antistoechoe et antiscopoe nominantur ANTÎCTONES *D*, antistones *V* 3. antistoche (ę *m. rec.*) et antischepe (ę *m. rec.*) *V* 5. seδ ***TIMO *D*, sed ab intimo *dV*, sed ab imo *vulgo* *bruma*LIQUE (brum *d in ras.*) *D* 6. solstitialem *V* 7. LONGITUδO IN HIS LATITUδINISQ. *D* 8. in *addidi* obliquae *schol. German.*, *unde Urlichsius* oblique cuculi *V*[1] *corr. m. 2* 11. POPLO·EANAFORA *D*, poplo eana fora *V*, polon anaphora *coni. Urlichsius* δICUNT; *D*, dicunt *V* in *addidi* 12. adplicare *V vulgo* 13. ARI*eti* (eti *d in ras.*) *D* et masculinis feminis *V*, *eiecit Urlichsius* 14. natalibus *schol. Germ.*, NATURALIBUS *DV* 15. partū (*in marg. m. rec.* quartū) eorum quoq; *V* 16. UT δEFORME *D*, aut deforme *d V*, *corr. Cauchius* 18. aequinoctiali *V* aries *om. DV* librae duo solstitialia *V* 19. MAXIMA *DV* δEFORMIA *DV* 20. STILLIS *D* erra tibus *Iahnus; ego malim* vagantibus *coll. p. 59, 1*

caelum et in ortus caeli eunt, sed mundi celeritate victae
occidere videntur cum eo, quamvis cursum suum per-
2 agant. sol maximum sidus aetheris medii limite ignescit,
singulis diebus et noctibus peragit singulas partes, signi-
ferum pervadit anno. luna de sole flammatur, ambit
circuitu brevissimo terram triginta diebus, adeo vicina
vertici terrae iunctaque, ut in umbram eius incidere soleat
et videri deficere. eadem cum subiit solem et substitit
radiis, facit obscurationem, quae defectio solis videtur.
interim tamen cava paucioribus quam triginta diebus cir-
3 culum suum transit. Saturni stella per maximum ambi-
tum fertur, ideoque tricenis mensibus singulis signis re-
sistit, per triginta annos signiferum pertransit, frigida et
sterilis, infecunda terris, nascentibus non salutaris, facit
adversa diuturna nec subita. Iovis stella in singulis signis
anno manet, signiferum duodecim annis evadit, salutaris
4 et temperata et universis euntibus prospera. Martis stella
non eodem spatio signis singulis haeret, sed signiferum
novem fere annis pervagatur, ignea intemperans et in ad-
versis et in mortalibus subita, vel ferit repentinis morbis
vel ferro perimit. stellae Mercuri et Veneris solem se-
5 quuntur eademque spatia custodiunt. Mercuri stella fit
similis illi quam videt, Veneris genitalis et roscida et pro-
spera et salutaris. luna globum suum creditur habere,
sed ignem a sole concipere et quantum percutitur ar-
descere. quantum igitur a sole discedit, augetur: cum
vero contra stetit, toto feritur adverso et velut speculum
non vim, sed imaginem reddit. hac universa gignentia
6 crescente pubescunt, tenuescente tenuantur. umor etiam
et spiritus omnis augescit, tumescit oceanus, deinde cum

5. ANNUM *DV*, *corr. Cauchius* 6. TERRAE (e *in ras.*) *D*, terrae *V* 13. anos (*corr. m. rec.*) *V* 14. STERELIS *D* 15. ∂IURNA *DV*, *corr. Iahnus* IOBIS *D*, *corr. d* 17. eventibus *coni. Cauchius* 19. ferre *V* 20. ferit *Carrio*, PERIT *DV* 21. STELLA *DV*, *quod forsitan scripserit ipse epitomator* MERCORI *D*, mercurii *V* SEQUNTUR *D*, *corr. d* 22. mercurii *V* 24. lunā *m 2 in V ex* luna creditu *et* - ? *m.* creditū *V* 29. PUBESCENT *D*

ipsius fulgore considit. diversi ergo caeli et vagantium stellarum concursu quod [temperatur] utrimque deteritur et infra fluit, id excipit luna et soli tradit, quo et animalia vigescunt et humus quodam modo animatur genitali calore [ut ita dixerim vivo].

Plurimum in originibus valent quae in ortu sunt, lan-
guent in occasu. ortum facit stella quam sol praeterit, 7
deinde stationem matutinam, cum a quinto loco solis
stetit. in eodem manet signo, donec ab eodem sole mo-
veatur. quae contraria est soli, mane occidit, oritur simul
nocte et vocatur acronychos, deinde rursus altero latere
a quinto signo deprehensa postmeridianam stationem fa-
cit, donec ingresso sole idem signum sub radiis eius de-
litescat et in totum occidat.

Aspiciunt inter se stellae ex quinto signo, quod di- 8
citur trigonum, et habent maximam consensionem. item
a quarto, quod dicitur tetragonum [et centron vocatur],
et in alterutrum maximum praestat effectum. item ex
contrario, quod est septimum signum et diametron voca-
tur estque maxime adversum. cetera dissident vel le-
viter aspiciunt, ut tertium quodque, quod dicitur hexa-
gonon.

Signa tropica peregrinationibus praesunt et omnino 9
mobilibus, et in consiliis subinde variant adque permu-
tant. biformia geminatione rerum omnium repetitionem
significant et interim dilationem. solida vehementer et
instanter efficiunt et ad exitum vel prospera vel adversa
perducunt, sicut aspiciuntur a stellis vel faventibus vel
repugnantibus.

---

1. deversi *V* uaɢᴀɴᴛɪa *DV* 2. temperatur *eiecit Urlichsius* 3. excepɪᴛ *D* 5. *ante* ut *vulgo* et *add.* vivit *coni. Urlichsius* 9. sᴛᴇᴛɪ* *D*, steterit *dV* 10. quae] quod *V* 11. ᴀᴄʀᴏɴɪᴄᴏs ᴀᴄʀᴏɴɪᴄᴜs *D*, acronicos aronicus *V*, *corr. Salmasius exerc. Plin. p. 507 a F* 13. ᴅᴇʟɪᴛᴇs*cat* (cat *d in ras.*) *D* 17. centroni *V* 19. sepᴛᴜm *D, corr. d* 20. ᴅɪssᴇᴅᴇɴᴛ *D* 21. exaɢᴏɴᴏɴ *DV* 24. mᴏᴜɪʟɪʙᴜs *DV* atque *V* 26. ᴅɪʟᴀᴛɪᴏɴᴇ *DV*

Multum tamen refert, cuius quaeque stellae domus, alienae an ipsius sit. domus solis leo, lunae cancer, Mercuri virgo et gemini, Veneris libra et taurus, Martis scorpio et aries, Iovis sagittarius et piscis, Saturni capricornus et aquarius. nocturnis originibus favent luna Mars Venus, plus die possunt sol Saturnus Iuppiter, Mercurius varie et quomodo consensit aut visus est.

4 DE TERRA.

Terra media omnium rerum est, forma globosa. aquis cingitur, in aera prominet, excipit caelum. aquae omni vel *aeris* temperie quantum adficitur, ita quaecumque sustinet afficit et movet.

2 Poterat finem liber plenus omnibus necessariis iam videri consecutus: sed cum et mundi dimensiones et plurima praeterea in universis rebus ratio geometrica inpleverit, pauca de numeris mensurisque dicemus.

5 DE GEOMETRICA.

Geometrica est scientia digerendi figuras [* numeros emetiendi cum suis resolutionibus. numerus est congregatio singulorum finita semper *et* infinita natura].

6 DE FORMIS.

Nota est cuius pars nulla est, linea longitudo sine latitudine, lineae fines notae. recta linea est quae su-

---

1. STELLĘ *DV*, stella *vulgo* 2. aliena *V* MERCURI *D V*[1], mercurii *V m. rec.* 4. IO*U* *D*, ioui *d* pisces *V* 6. iupiter *V* 7. UARIAE *D* 10. in aere *V* 11. aeris *add. Iahnus* temperiae *V*[1], *corr. m. 2* ITAQ. CUMQ. *D* 14. UIDERI (i *in ras.*) *D* 16. dicimus *V* 17. GEOMETRIACA *D*, geometria *V* 18. dirigendi *vulgo* et numeros *vulgo*, arithmetica num. *coni. Iahnus* 19. sui *V* 20. et *om. D*, *add. d* natura de formis nata *continuo versu V* 22. NOTA (o *in ras.*) *D*, nata *V* 23. LINEAE AC FINIS *DV*, *corr. Cauchius et Iahnus* rectę *V*

per se positis notis aequaliter posita est. summitas est
quod longitudinem *et latitudinem* tantum habet. sum- 2
mitatis fines lineae sunt. plana, quae dicitur epipedos,
summitas est quae super se positis rectis lineis aequali-
ter posita est, vel quae suis finibus aequaliter posita est.
planus angulus est in planitie duarum linearum non e
regione positarum ad unum signum contingens curvatio.
haec lineae quae angulum continent cum rectae sunt, is
angulus rectis lineis contineri dicitur. si recta linea su- 3
pra rectam lineam stans continuos angulos inter se pares
facit, tum uterque ex paribus angulis rectus dicitur, et
ea linea Graece cathetos, Latine normalis dicitur. rectus
angulus est modicus et sibi congruens, hebes maior recto,
acutus minor recto.

DE FIGURIS. 7

Figura est quae aliquo fine aut aliquibus finibus con-
tinetur. circulus est figura plana una linea conprehensa,
†in quem mediae omnes lineae inter se pares sunt. cen-
tron est nota circuli medii. diametron est recta linea per 2
centron inmissa et in utramque partem secans circulum.
hemicyclium circuli dimidium. euthygrammoe formae sunt
quae rectis lineis continentur. trigonum trilaterum, *te-
tragonum* quod quattuor, multilaterum quod pluribus.

---

1. noctis *V* POSITA ET SUMMISSA EST *DV*, *corr. Cauchius* 2. et latitudinem *add. Iahnus ex Balbo p. 99, 12* (*Lachm.*) 3. FINIS LINEAE SUPER PLANA *DV*, *corr. Cauchius* 8. hae *V vulgo* RECTE *D* SINT *DV*, *corr. Manutius* HIS *D* 11. fecit *V* tum] TANTUM *DV* 12. ET ALIENA *D*, et aliena *V* LATINAE *ac postea vocabulum erasum D* 15. de figuris *versu continuo V* 17. UNA (u *in ras.*) *D* 18. MEDIA OMNIS *DV* CETRON *D*, *sed* N *prima m., ut videtur, super versum add.* 19. NOTA (o *in ras.*) *D* 20. ce$^{\text{n}}$TRON *D* emissa *vulgo* 21. EMICYCLUM *DV* ENTYGRAMMAE *D* (*sed* EN *non perspicuae; possunt etiam legi* eu), entigrammę V^1, entygrammę V^2 22. quae *superscr. in D antiqua manus* tetragonum *om. D*

triangulum aequilaterum *quod* paribus trinis lateribus.
3 isosceles quod duo tantum latera paria habet. scalenon quod tria latera inaequalia habet. orthogonium quod habet rectum angulum. amblygonium quod habet *unum* angulum hebetem. oxygonium quod omnes tres acutos angulos habet. quadrilaterarum formarum quadratum est quod omnia quattuor latera *paria* habet et angulos rectos. heteromeces quod angulos *rectos* nec latera pa-
4 ria habet. scutula, id est rhombos, quod latera paria habet nec angulos rectos. simile scutulae, cuius contraria latera et contrarii anguli inter se pares sunt, sed neque aequilaterum neque rectis angulis est. trapezia cetera nominantur. paralleloe lineae sunt quae in eadem planitie positae numquam inter se contingunt.

8 DE POSTULATIS.

Postulata geometrarum sunt quinque. ut liceat ab omni signo ad omne rectam lineam ducere, et omnem finitam rectam lineam e regione eicere, et omni medio et intervallo circulum scribere, et omnes rectos angulos inter se pares esse, et si in lineas *rectas* recta linea

---

1. aequILATERum *q̃d* (um q̃d *in rasura quinque sexve litterarum*) *D; olim fuisse videtur* aequilaterum est *post* lateribus *vulgo add.* concurrit 2. ipsoscaelos quod tuo *V* scaðaeNON *D*, scadęnon *V* 3. ortogoniū V^1, *corr. m. rec.* 4. amphyɢonium *D*, ampigonium *V* unum *Nunnesius*, ide *d in ras.*, idem *V* 5. haBeTem *D*, habentem *dV* ochoɢonium *DV* 6. quaðRILATERum *DV*, *corr. Nunnesius* 7. paria *add. Cauchius* 8. ETERomeces *DV* rectos *add. Nunnesius* 9. Rumbos *DV* 10. similes *DV* 12. aequaLITER AUT omneq^{v}ęRECTIS *D* (v *add. d*), aequaliter aut omneque rectis *V*, *corr. Cauchius; mihi tamen* aequilateratum *olim fuisse videtur* Rapeðia *D*, rępedia *superscripta* a *V 1 m.* 13. paRALLELY**** *D*, parallelynae *d*, parallę linę *V* eaðeaðem *D, corr. d* planicię *V* 14. CONTIɢUNT *D* 16. geometriarum *dV* 17. að omnem *DV* 18. LINIam *D* medio *Nunnesius*, moðo *DV*, κέντρῳ *Euclides*, centro *interpres Euclidis in Gromat. Lachm. p. 379, 11* 20. inter se] minores duos rectis *V* lineas rectas *Nunnesius*, LINeam *DV*

inmissa interiores angulos minores duobus rectis fecerit, eiectas lineas concurrere.

Si paribus paria adiecta fuerint, omnia paria erunt; 2
et si paribus paria dempta. et quae isdem paria sunt, et inter se paria sunt.

DE MUSICA. 9

Prior est musica inventione metrica. cum sint enim antiquissimi poetarum Homerus Hesiodus Pisander, hos secuti elegiarii Callinus Mimnermus Euenus, mox Archilochus et Simonides trimetrum iambicum, chorium catalecticum tetrametron conposuerint, Archilochus etiam 2
commata versibus adplicando variavit epodis per plurimas species, secuit Alcman numeros †etiam minuit in carmen. hinc poetice melice. at Telesilla etiam Argiva minutiores edidit numeros. quae species cum iam displiceret et integra brevior videretur, magnitudine Pindari adserta est, qui liberos etiam numeros modis edidit. hos secuti musici Timotheus et Polyidos et Hyperides et Phyllis et clarissimus cum peritia tum eloquentia Aristoxenus. modulati protinus cantus. nec tamen †an non putes anti- 3
quiores cantus esse numeris, sed rusticos et inconditos,

---

1. duos rectis pares fecerit *DV*, *corr. Nunnesius; conf. tamen Gromat. p. 379, 13* 4. que *V* eisdem *vulgo*, eidem *coni. Iahnus* 10. Terpander *coni. Cauchius* 11. gallinus mineruus eunectus *DV* archiloglius *V* 12. iambic*um *D* 13. conposuer̄ *V* archilocum *DV* 14. commota *DV* epodis *G. Hermannus*, *ea* potius (ea *in ras.*) *D*, ea potius *V* 15. alconan *DV* numerus *D*, *corr. d*, numertis *V* et imminuit carmen *coni. Lachmannus auctore Hermanno* 16. poeticae *DV* melicae atahc: illa *D*, melicę· atahc·illa *V*, *corr. Carrio* argina *V* 18. diceretur *V* 19. lib**** *D*, libros *dV*, *corr. Lachmannus* indidit *coni. Lachmannus omnino de vs. 13—19 conf. G.Hermann. epit. doctr. metr. § 571* 20. Polyidus *Scaliger*, pondos *DV* Phyllis *Manutius*, follis *DV; alias virorum doctorum coniecturas de his musicorum nominibus vide apud Iahnum* 21. peritia *V in ras.* 22. protenus *V* an non *V*, anno *D*, annon *d*, non *codex Manutii, quod probat Urlichsius* 23. rusticis *DV* inconditis V^1, *corr. m. r*

postque hos poetica valuit veluti legitima [musica licentior] magisque modulata.

10 DE NOMINE RHYTHMI.

Rhythmus creditur dictus a Rythmonio Orphei filio et Idomenae nymphae Ismaricae, ut tradit Nicocrates libro quem conposuit de †Musio. †fratre Rythmoni tradit Hymene, Varritonis autem et Coloridis Tirisiae filiae Periclemenum et Peridemem†, qui primus cecinerit res gestas heroum musicis cantibus.

11 DE MUSICA.

Musica est peritia faciendorum et canendorum modorum. eius partes harmonica, organica, rhythmica, crusmatica. crusmata pulsus decori sine carmine vocantur; harmonia est consonantia; organica * * rhythmos
2 Graece, modus dicitur Latine * * nominatus versus ab eo quod fluat seque ipse circumeat. modus autem est lex quaedam et ordo vocalium intervallorum et differentia, vel, ut Aristoxenus finit, non utcumque conpositum voca-
3 lium temporum intervallum. carmen est modus vocibus iunctus, cuius discrimina cantus, modus, motus. * * tempus est syllabae spatium, huius elementum brevis syl-

---

1. postq. *D*, postquam *V* 3. rythmi *D*, ritmi *V*[1], rithmi *V m. rec.* 4. rythmus *DV* rithmonio *DV* 5. idnomen* | ae nymfae marice *D*, idnomeae nymfę maricę *V*, *corr. Lobeckius*, Idmoniae *coni. Urlichsius* nicocratis *DV*, Nicostratus *Stiehle Philol. X p. 170* 6—8. composuit de musice. fratrem Rhythmonii tradit Hymenaeum, Rhythmonii autem et Chloridis, Tiresiae filiae, Periclymenum et Perimedem *Iahnus* 6. musico *V* rithmoni *V* 7. himene uarri· Tonis *V* tirisię *V* 8. cecinerit tres *D* 10. Item de mvsica *V* 12. armonica *V* rythmica *D*, rithmica *V* 13. decore *D*, *corr. d* 14. armonica *DV* organi carytmos *D*, organi caritmos *V*[1], organica rithmos *V m. rec.* 15. motus dicitur Latine, nominatur vero ab eo *cet. Iahnus partim secundum Lachmannum* latinae *D* 21. *post* est *in V repetuntur ex vs. 19 ss.* modus vocibus — tempus est

laba. † divisio brevi alia longum a longo ut neutrius ratione est†.

DE MODULATIONE. 12

Modulatio est modorum prudens dispositio; eius tres species, διάτονος, χρῶμα, ἁρμονία. species carminum tredecim * * ex quibus primi Dorius, Phrygius, Lydius. his accesserunt gravissimus hypodorius, mox duo hypo- 2
phrygii, gravior et acutior, deinde hypolydii totidem et perinde gravior et acutior, deinde Dorius medius, tum Phrygius gravis et alter excelsus, totidem Lydii, gravis et acutus, tum mixolydii pari diversitate, postremus hypermixolydius acutissimus.

Organum quondam habuit tres intentiones, gravem, 3
mediam et acutam: inde Musae quoque tres olim existimatae, Hypate, Mese, Nete. nunc in ampliore numero soni considerantur, ut sit proslambanomenos, hypate hypaton, deinde parypate hypaton, deinde lichanos hypaton, deinde hypate meson, deinde parypate meson, deinde lichanos meson, deinde trite synemmenon, nete synemmenon, paramese, trite diezeugmenon, paranete diezeugmenon, trite hyperbolaeon.

---

5. διαξονος *D*, διαzονος *V* 6. primis *D*, primi s̄ *V* dori* frygio lydio *D*, doriū frygiū lydiū *d*, dorium frigium lydium *V* 7. grauissimum hipodorium *DV* hypophrigii *DV* 8. deinde — acutior *om. V* hypolidii *D* 9. deinde orius *DV* 10. phrigius *V* lidii *V* 11. mixtolidi *D*, mixto lipi *V* hyperamyxolydius *D* (*medium* y *ex* ι *ut videtur*), hypera mixtolidius *V* 14. extimatae *D* 15. hypate|*ese nete *D*, hypaten mesen neten *dV* 17. paripate *DV* hipaton *V* lycanos *D*, licanos *V* 18. deinde hypate *bis habet V* (*item D teste Urlichsio*) hypate me*son* (son *in ras.*) *D* paripate *V* lycanos *D*, licanos *V* 19. synenmeno (synenmenon *d*) nete synen|menon *D*, sinenmenon · netesinenmenon *V* 20. parmese *D*, *corr. d* diez*e*u*m*enon (e *et* u *in ras.*) *D*, diezeumenon *V* parnete *D*, *corr. d* diezegmenón *DV* 21. hyperboleon *DV*

4 Animadvertisse chordae sonantis suavitatem in arcu [sororis] Apollinem tradunt et intendisse protinus citharam, tum notasse quod adstrictiora fila nervorum in acumen excitarentur, gravibus responderent remissa, inde fecisse tres primos de quibus supra dictum est: hanc excepisse intentionem Lycorem, quem quidam Apollinis filium tradunt et nymphae Paramesae, * Chrysothemidi reliquisse: ab eo adiunctum modum qui synemmenos dicitur: hunc numerum auxisse Terpandrum adiectione diezeugmenu, qui primus a gravibus in acumen avertitur. deinde Timotheus addidit duos, paramesen et hyperbolaeon.

5 Initium modi dicitur diesis, dimidium semitonium, totum tonos. toni duo et dimidius diatessaron nominantur, tres et dimidius diapente, sex diapason.

Haec musicae summa sunt.

13 DE METRIS ID EST NUMERIS.

Metra Graece, Latine numeri vocantur. numerus est aequalium pedum legitima ordinatio. huius pars integra pes; partes sunt pedum syllabae, elementa numerorum;
2 modorum elementa spatia syllabarum ac tempora. pedes conponuntur ex syllabis minimum binis, plurimum ternis; incipiunt temporibus binis, ad sena perveniunt; bisyllabi quattuor, trisyllabi octo. plures quam duodecim esse non possunt.

---

1. animadvertisse chordae *Lachmannus*, ANIM ADUERTIS SECUNDE *DV*, animadvertisse secundae *Urlichsius* (*Eos II 1866 p. 460*) suavitatis *V* arcu sororis *V vulgo*, ARCUS|ORO (ORO *in marg. adscr.*) *D*, arcus sono *Urlichsius* 2. citharam tum *Cauchius*, CLYTARANTIUM *DV* 3. ADSTRICTOR AFILIA *D* 4. gravibus sonis *coni. Iahnus* 5. FECISSENT *D* 6. excepisse** *D* LICOREM *D*, liquorem *V*, *corr. Iahnus* (*Ber. d. Sächs. Ges. I 417*) 7. PARAMESE (ame *in ras.*) *D*, paramese *V*, Parnasiae et *coni. Iahnus* CRYSOTHEMIDI *DV* 8. AB ea *DV* SYNHENMENOS *D*, sinenmenos *V* 10. DIEZEUMENU *D*, die zeumeno *V* 11. HYPERBOLEON *DV* 14. TONIDIUM ET *DV* DIATESSARON (ss *in ras.*) *D* 20. PER PARTES *DV* SYLLABA' *D*, syllaba *V* NUMERUM *D* 23. AD se *DV*

Pyrrichius ex duabus brevibus, cuius exemplum
Cato; iambus ex brevi et longa, cuius exemplum salus;
chorius ex longa et brevi, *cuius exemplum* Roma; spon-
dius ex duabus longis, cuius exemplum vates. duo igi- 3
tur quantitate contrarii, spondius et pyrrichius, duorum
alter, alter quattuor temporum; duo ordine, quorum
uterque trinorum temporum, iambus et chorius. ita non
plures quam quattuor pedes sunt nec esse possunt.

Trinarum syllabarum primus est dactylus, qui con- 4
stat ex longa et duabus brevibus, cuius exemplum Anni-
bal; anapaestus contra *ex duabus brevibus et longa,*
cuius exemplum Capaneus; amphibrachys ex brevi et
longa et brevi, *cuius* exemplum avarus; brachysyllabus
ex tribus brevibus, cuius exemplum Cicero; ei contra- 5
rius molossus [in tribus longis], cuius exemplum Mae-
cenas. item tres quinum temporum, bacchius ex duabus
longis et brevi, cuius exemplum Latona; huic ordine
adversus palinbacchius ex brevi et duabus longis, ut
Aquinas; creticus [et amphimacrus] ex longa et brevi
et longa, ut sanitas. duos habes quantitate contrarios, 6
brachysyllabon et molosson, quorum alter trium tempo-
rum est, alter sex; ordine tres in quaternis, tres in quinis
temporibus.

---

1. duobus *V* 2. Cato — exemplum *om. V* 3. cuius exemplum *om. D, addidi ego,* ut *d super versum, quod propagatum in V* 6. *ante* ordine *d sup. vs. add.* in, *quod propagatum in V* 9. dactilus *V* 10. Annibal — exemplum (*ante* Capaneus) *om. V* 11. ANAPESTUS *D* ex duabus brevibus et longa *om. D, add. vulgo* 12. AMPHYBRACYS *D*, amphibrachus *d* 13. cuius *om. D, add. dV* brachi syllabus *V* 14. ET CONTRARIUS *DV* 15. molosus *V* IN *DV*, ex *vulgo* mecaenas *V* 16. BRACCHIUS *D,* bachius *V* 17. et breui cuius *V in ras.* ORDINI (i *in ras.*) *D*, ordini *V* 18. ex DUABUS *D*, et ex duabus *dV* UT *D sup. vers. fort. 1 m.* 19. ET AMFIMACRUS *DV*, qui et amphimacrus *vulgo* 20. DUOB · HABET *D*, duobus ab *V*, duo pedes habes *Iahnus* contrariis *V* 21. BRACHISYLLABO *D*, bracchi syllabo *V* MOLOSSO *DV* 22. sex] ex *D* ordinem *V*

14 DE LEGITIMIS NUMERIS.

Primus est et legitimus maxime numerus hexameter heroicus. huius pedes aut dactyli sunt aut spondii: raro et in extremo versu reperietur trochaeus. eius exemplum

Avia Pieridum peragro loca nullius ante.

totus iste dactylicus fuit et habuit summum trochaeum. sed mixtus ex spondiis hic erit,

2 Italiam fato profugus Laviniaque venit;

totus ex spondeis

Cives Romani tunc facti sunt Campani.

hoc genus numeri paucissimarum duodecim syllabarum, plurimarum decem et octo. tempora recipit viginti quattuor, interim viginti [tres pedibus] tribus tantum conficitur. formas excipit triginta duas, quas enumerare festinantibus longum est.

3 Pentameter elegiacus habet exemplum

Dum meus adsiduo luceat igne focus.

recipit dactylum, spondium, anapaestos duos, in fine versus aliquando brachysyllabum. fit syllabarum paucissimarum duodecim, plurimarum quattuordecim. tertium pedem spondium semper habet, quartum et *quintum anapaestos,* quintum aliquando brachysyllabum.

4 Trimetros iambicos Latine senarius dicitur, cuius exemplum

Phaselus iste, quem videtis hospites.

---

2. exameter *DV* 3. dactili *V* 4. repperietur *D* trocheus *DV* 5. *Lucret. I, 926. IV, 1* peragra (a *in ras.*) *D*, peragra *V* 6. dactilicus *V* *troc*he*um* (troc *in ras.*) *D*, trocheum *V* 8. *Verg. Aen. I, 2* facto *D ante ras.* lauinaque *V* 10. *ex Ennii annalibus, ut videtur* (*apud Vahlen. vs. 174*) 12. xvii *coni. Iahnus, sed videtur ipse epitomator erravisse* (*conf. init. huius capitis*) 14. recipit *coni. Iahnus* trigenta *D* 17. *Tibull. I, 1, 6* adsiduus *DV* 18. spondeum anapestos *V* 19. brachisyllabus *DV* 21. quintum anapaestos *add. Cauchius* 22. bracchisyllabū *V* 23. iambicus *V* 25. *Catull. 4, 1* fatalis *D*

duodecim syllabarum est. recipit aliquando praeter ceteros iambos in extremo pyrrichion. trimetrus tragicus

Pro veste pinnis membra textis contegit,

et

Aquilonis stridor gelidas molitur nives.

recipit in parte prima gressionis spondium, et *eius* loco dactylon et anapaestum, et pro iambo chorium et tribrachym. fit syllabarum paucissimarum XII, plurimarum XVII. recipit tempora plurima quattuordecim, paucissima decem et octo. comicos trimetros solet magis in breves 5 minui. trimetros Hipponactius pedem novissimum adsumens spondium vel chorium talis est,

Calentibusque lympha fontibus semper.

eosdem pedes quos reliqui trimetri, praeter novissimum, recipit, et **

Tetrametros, qui Latine quadratus vocatur, choriacus 6 talis est,

Tela famuli, tela *tela* propere: sequitur me Thoas.

recipit eosdem pedes, pervenit ad septem et semipedem. summum pedem patitur aut creticum aut dactylum. octonarius iambus

Proin demet abs te regimen Argos, dum est potestas consili.

Septenarius 7

Haec, bellicosus cui pater, mater cluet Minerva.

---

2. iambus extremo *V* trimetros *V* 3. *Attius Philocteta vs. 540 Ribbeck.* 5. *idem ibid. vs. 567* 6. gressionis] scansionis *V* eius *Halmius, om. D,* alio *dV* 7. ANAPESTUM *DV* TRIBRACHYIN *D*, tribrachin *V*[1], tribrachyn *V*[2] 8. PLURIMŪ *DV* 9. XVIII *ante* quattuordecim *add. V* 10. XIIII *ante* decem et octo *add. V* 11. HYPPONACTIUS *DV* 14. RELIQUIT *D* timetri *V* 15. '*post* et *excidit temporum computatio' Iahnus* 18. *versus incerti poetae tragici; conf. Ribbeck. p. 217* tela *ante* propere *add. Bothius* toas *V* 20. petitur *V* 22. *versus incerti poetae tragici; conf. Ribbeck. p. 203* proin demet *Lachmannus*, PROINDE ET *DV* 23. CONSULENDI *DV, corr. Lachmannus* 24. SEPTINARIUS *D* 25. *conf. Ribbeck. trag. rel. p. 204* BELLICOSIS CUI MATER PATER *DV corr. Carrio*

constat ex pedibus isdem.

8 Ionicus septenarius

Ibant malaci viere Veneriam coronam.

Ionicus *a* maiore

Ille ictus retro reccidit in natem supinus.

habet vitium in tertia syllaba. *a* minore

Metuentis patruae verbera linguae.

recipiunt pedes maxime pyrrichium et spondios, et solent divisis syllabis longis plurium syllabarum pedes admittere.

9 Aristophanius anapaestus

Axena Ponti per freta Colchos denique delatus adhaesi.

recipit pedes quaternorum temporum omnis, inplet pedes VII et semipedem. anapaestus octonarius

Orte beato lumine, volitans qui per caelum candidus equitas.

recipit eosdem pedes praeter semipedem. Aristobolius

Quae tam terribilis tua pectora turbat, terrifico sonitu inpulit?

is circuitus magis quam versus est. dactylum crebrum habet, rarum spondium.

10 Paeon duodenarius

Quis meum nominans nomen *aede* exciet? quis tumultu invocans incolarum fidem?

---

3. *Ennius Sota fr. 1* MALA CLUERE *DV* 4. a *addidi* MAIORE *D*, maior es *V*, maior est *vulgo* 5. RETRO RECIDIT *D*, retrorecedit *V*, *corr. Lachmannus* 6. a *addidi* minorem. et uentis *V* 7. *Hor. carm. III, 12, 2* PATRIAE *DV* 8. PERCIPIUNT *DV*, *corr. Iahnus* pedes] linguae *V* spondion *coni. Iahnus* 9. DIUISI *DV* PLURIMUM *DV* 11. ARISTOFANIUS ANAPESTUS *DV* 12. *conf. Ribbeck. trag. rel. p. 224* PONTI FER *DV* cholcos *V* ADHESI *D* 13. imple *V* 14. ANAPESTUS *D*, anapesto *V* 15. *conf. Ribbeck. l. c.* ORE *DV*, *corr. Lachmannus* 18. 23. *conf. Ribbeck. p. 212* 18. Quae tam *Bothius*, quaedam *DV* turbans *Iahnus*, turba et *et antea* terribili *ego* 19. intulit *V* 20. his *D* dactilum *V* 22. peon (o *in ras. ex* a *ut videtur*) *D*, peon *V* DUODENARIOS *D* 23. aede *add. Lachmannus* TUMULUM *DV*, *corr. Scaliger*

et hic circuitus magis quam versus est. huic suberunt ** denarius

†Qui repens semipulsus onere gravi fores crepitu terrent.

recipiunt pedes creticos, chorios, spondios, iambos, brachysyllabos, anapaestos.

Undecim syllabarum Phalaecius 11

Passer deliciae meae puellae.

recipit pedes spondium, dactylum, creticum, palinbacchium.

Angelicus †numeratus syllabam coartat hexametro, ut 12

Hectoris Andromachen? Pyrrin conubia servas?

Anacreontius 13

Miseri invidi vivimus scientes.

recipit pyrrichium, chorium, spondium, brachysyllabum, anapaestum. primus est semper pyrrichius.

Numerus Saturnius 14

Magnum numerum triumphat hostibus devictis.

sunt qui hunc Aristobolion vocant. recipit pedem spondium, iambum, pyrrichium, chorium, dactylum, brachysyllabum, anapaestum.

Priapeum 15

Hunc lucum tibi dedico consecroque Priape.

tertium pedem pro dactylo creticum habet, alioqui hexametros esset.

---

3. *Ribbeckius l. c. versum sic emendat:* Qui repens semisomnum, onere pulsans gravi | Has fores, strepitu terret? honere *V* 4. braci syllabos *V* 5. anapestos *DV* 6. falecius *D*, faleucius *d*, faleutius *V* 7. *Catull. 2, 1* 8. dactilū *V* palinbacium *D*, *corr. d*, palinbacchyum *V* 9. aggelicus *D*, acgelicus *V* numerus *Iahnus auctore Naekio; immo* minuatur syllaba: coartatur hexametros (*vel* in hexametron) coartat (t *in ras.*) *D* exametro *DV* 10. *Verg. Aen. III, 319* haec toris *V* conu[bia serua]s *D* (*litterae inclusae plane evanuerunt*) 12. vivimus *delendum iudicat Iahnus* 13. pyrri[chium chorium] *D* (*v. ad vs. 10*) brachisyllabum *DV* 14. anapestum *DV* est semper *V* 15. numeros *V* 16. deuicti *D* 17. aristodolion *DV*, Archebolion *Carrio*, Archilochium *coni. Vinetus aliique* spondeum *V* 18. dactilū brachisyllabum *V* 19. anapestum *DV* 20. priapium *V* 21. *Catull. fr. 2* locum *DV* 22. dactilo *V* alioquin *d* exametros *DV*

15 DE NUMERIS SIMPLICIBUS.

Pyrrichius

Rapite, agite, ruite celeripedes.

Contrarius est huic et duodecasyllabus spondiazon,

Olli crateris ex auratis hauserunt.

Dactylus

Pulverulenta putrem sonitu quatit ungula campum.

Amphibrachys non facit numerum.

Anapaestus

Agilis sonipes rapitur celeri sonitu trepidans.

Creticus

Horridi transeunt ad pedes ex equis.

Palinbacchius

Amicos ad hanc rem, si voles, advoca.

Bacchius non facit numerum.

Molossus idem est qui spondiazon.

Nunc quemadmodum a principali heroico plures numeri transfigurantur ostendam. ac primus trimetrus sit heroicus spondiazon.

Cives Romani tunc facti sunt Campani:

syllabam unam, quae est ante extremam, ex longa contraho, ut sit

Cives Romani tunc facti sunt Apuli,

et esse coepit trimetros. ** elegiacum transibit,

Bella per Emathios.

---

2. pirrichius *D* 3. *conf. Ribbeck. trag. rel. p. 228* 4. pondiagon (agon *in ras.*) *D*, spondiacon *V* 5. *Ennius annal. 604* crateriб; (aterib; *in ras.*) *D*, craterib; *V* auserunt *V* 6. dactilus *V* 7. *conf. Verg. Aen. VIII, 596* 8. amphibrachius *V* 9. anapestus *V* 10. 12. 14. *conf. Ribbeck. trag. rel. p. 231* 12. et equis *DV* 13. palinbachius *D*, palimbachius *V* 14. ut soles advocato *coni. Iahnus* 15. bachius *V* 16. molosus *V* 18. transfigurant *D* fit *V* (*ex sil.*) *vulgo* 20. *vide supra p. 68, 10* 21. contra hoc · ut sit *V* 23. apuli *D* 24. trimetron *DV* 25. *Lucan. I, 1*

Rursus a pentametro ut conponam heroicos, sumo partem posteriorem,

Dum meus adsiduo luceat igne focus,

et conpono,

Luceat igne focus Troiae qui primus ab oris.

Phalaecium numerum, qui est

Altis flumina vallibus tumescunt,

insertis verbis facio heroicum,

Altis flumina prodita vallibus inde tumescunt.

Ionicus est

Metuentis patruae verbera linguae:

adiciam trinis verbis singulas syllabas,

Nunc metuentis nunc patruae nunc verbera linguae.

retro

Italiam fato profugus Laviniaque venit,

cui est simile

Patriam tum profugus Lavinaque cepit.

Aristophanius fit heroico:

Arma virumque cano Troiae qui primus ab oris,
Nunc arma virumque cano *nunc* Troiae qui primus ab oris nunc.

Angelicum syllaba breviata heroicum esse monstravi; item Priapeum, si syllabam subripias, fieri heroicum.

---

1. aↄ pentametros *DV* 3. *Tibull. I, 1, 6* aↄsiↄuus *DV* 5. troiae (oi *in ras.*) *D* 6. phalecium *D*, faleutium *V* 7. altissima flumina *DV* (*recte autem uterque vs. 9*) 11. *Hor. carm. III, 12, 2* 12. *post* adiciam *desinit D fol.* 262[b] *extr.* (*constat codex ex XXXIV quaternionibus; sed huius ultimi quaternionis tria tantum folia servata sunt*) trinas *V* singulis *V* 13. metuentes *V* 15. *Verg. Aen. I, 2* lauinaque *V* (*conf. p. 68, 8*) 17. vinaque *coni. Iahnus*, regnaque *Christius* coepit *DV, corr. Christius* 20. nunc *post* Troiae *additum a Iahno et Christio ante* Troiae *posuit Halmius* 21. nunc *delebat Iahnus* 22. acgelicum syllaba *V in ras.* itam *V, corr. 1 m.*

INDEX IN CENSORINUM.

Asteriscus numero appositus designat adnotationem.

INDEX IN FRAGMENTUM.